 Mulieribus ambagibus nō est præ standa credulitas nu.1. fo.122
 Mulierum sexus fragilis est ideo modo lachrimarum modo risum emittit nu.2. fo.122
 mulier non est ad imaginem Dei nu.8. fo.122
 mulierum imperfectiones ostendunt eas esse sine ratione nu.4. fo.122
 mulier quæ non poterat duci in vxorem causa consanguinitatis si cōmittat adulterium cognito & declarato matrimonio nullo an doteū amissam repetet nu.7. fo.192
 mulier per adulterium notoriū potest absque alia declaratione expelli

INDEX

- expelli a marito nu.4. fo.191
 Mulier an amittat dotem in præ iudiciū patris & filiorum suorum & quid si ex primo matrimoniū suscepit filios & in secundo matrimonio comittat adulterium, cui dos applicanda an filiis matrimonij primi an secundo viro nu.9. fo.192
 Mulier semper plus diligit virum à quo fuit de florata nu.4. f.231
 Mulieris nulla pbitas animi nec morum institutio reperitur in ea nu.5. fo.231
 Mulier hēt plures defectu n.6. f.231
 mulier singulo septennio quid exerceat nu.7. fo.231
 Mundus per scientiam illuminatur & per ignorantiam fit tene brosus nu.2. fo.34
 N
NATVR A hominū est pro na ad malum potius quam ad bonum nu.4. fo.133
 Natura nihil frustra fecit. n.1. f.124
 Nauiae caupones ac stabularij q̄ reperitur saluū restituāt. n.1. f.218
 Fullo & sarcinatō non pro custodia sed per operā mercedē accipiunt nu.2. fo.219
 Et tamen custodiæ nōmine ex locato tenentur.
 Nauigatio quando permitta vel quando prohibita nu.1. fo.210
 Naufragium qui surripuit de litere punitur nu.2. fo.210
 Nobiles, & ignobiles sūt filii Adæ nu.1. fo.111
 Nobilitas nascitur à virtute, ideo aditus nobilitatis omnibus est apertus. nu.2. fo.111
 Nobilis d cōsuetudine i Italia nō suspēdit sed decapitat n.6. f.3
 Nobilitas est odiosa ignobilis n.1 fo.26
 Nobilis vt habeat perfectam nobilitatē tria in eo, requiruntur ut sit nobilis genere, virtuosus & diues nu.2. fo.26
 Nobilis exercēs, mercaturā vilē, amittit nobilitatē, si ab arte de sistit, ē recuperat nu.4. fo.27
 Nobilis qui aliqua singulari virtute prædictus est nu.3. fo.73
 Nobile diuitiæ nō faciūt n.4. f.74
 Nobilitas à bō fēt ortū n.5. f.74
 Nobilis regulariter imitatur vestigia suorū antiquorū n.6. f.74
 Nobilis potest esse virtute & fanguine nu.5. fo.94
 Notarius quādo comittit falfum nu.2. fo.204
 O
BEDIENTIA est efficax ad imperadū bonū spirituale. Et ad bonū æternalē n.17. f.136
 Obligatio ad bonū repugnat fi bertati peccandi nu.9. fo.134
 Odium an sit naturale ratione ele mentorum nu.3. fo.17
 Odiū ē in volūtate ad vindictā hu militas ad remissionē. n.1. f.285
 Officium militis est alma exerce re principibus ministeriū præ stare tempore belli & pacis honorem defendere militares or dines non ignorare vsum ar morum docere & edoceri, arma cognoscere ducibus exercituū obedire nu.1. fo.9
 Offensionē repulſare naturalis est sed eū odio habere, vel eū diligere nō posse inhumanum arbitratur nu.1. fo.129
 E
Offensus

I N D E X

- O**ffensus vindictam desiderat.
nu.1. fo.82
Offensus à furioso ab ebrio à puer non curat nu.2. fo.82
Offensus à prudentibus offendit
nem curat nu.3. fo.83
Offendi ab alio quis non tenetur
expetare nu.9. fo.64
Officium equestre est verbis, nec
factis alicui iniuriam facere
nu.5. fo.269
Oratio quæ singulariter offertur
à singulari persona siue pro se
siue pro alio non est de necessi-
tate vocalis nu.10. fo.6
Orationi singulari vox adiungitur
propter tria nu.11. fo.6
Orationes non debent esse voca-
les quia soli Deo potriguntur
nam Deus cordis locutionem
cognoscit, ergo vox frustra adi-
ungitur nu.14. fo.6
Orationis mens excitatur in Deum
nu.15. fo.6
Oratio debet offeri Deo n.16. f.7
Orans nihil nouum facere debet
quod aspiciat homines, vel clama-
ndo vel peccus percutiendo
vel manus expadendo. n.17. f.7
Oratio communis quæ sit permi-
nistros Ecclesiæ illa sit in perso-
na totius populi fidelis, ideo de-
bet innescere toti populo
nu.9. fo.6
Orationes dirigunt mentem &
cor ad Deum nu.3. fo.285
P
PACTA priuatorum iuripu-
blico non derogant nu.5. f.278
Pactum contra qui agit ciuiliter
agere tenetur nu.6. fo.291
Papa potest mittere prædicato-

res Euangelij & qui eos non ad-
mittunt peccant nu.2. fo.50
Papa & Imperator sunt supra om-
nes gradus nu.6. fo.95
Par in parem non habet imperiu-
nu.1. fo.283 & nu.5. fo.46
Passagerius tenetur ad interesse,
passus deuicii culpa eius domi-
no pedagiorum nu.7. fo.247
Patriam quilibet defendere de-
bet nu.1. fo.24
Patriæ benefactores regulariter
diuites sunt, & diuiciæ exaltat
homines Ideo non reproban-
do, eas igitur appetere cum bo-
na conscientia licet nu.2. fo.24
Patria magisquæ mater colenda.
nu.7. fo.49
Patria defendi potest & debet à
quocunque nu.1. fo.109
Pater qui in cælis est, honoradus
est propter charitatē n.9. f.274
Pater inimicus Filij dolet eius
morte nu.3. fo.48
Pater, & Filius vna & eadem est
persona nu.1. fo.48
Pater solet thesaurizare filijs nu.5
fo. 249
Pater præsumitur se odiſſe pro fi-
lio nu.2. fo.249
Pater præsumit benefacere p fi-
lio nu.3. fo.249
Pater non potest committere al-
teri vt occidat filiā nu.2. fo.191
Limitatur, vt ibi si mādaret filijs
Patientia aut misericordia sine di-
lectione mercedem habet n.r.
fo. 157
Pax dicitur vinculum charitatis.
nu.2. fo.18
Pacem facere ad iudicium Eccle-
siæ spectat nu.3. fo.18
Pax

I N D E X

- P**ax & cōcordia differūt n.4. f.28
Pax vti vtilis & honesta ab omni-
bus est cupienda nu.2. fo.293
Pax cum cautione de non offendit
an ob fractionem pacis possit
impune frangentem offendere
nu.4. fo.214
Pax est vinculum charitatis nu.1
fo. 189
Pacis priuilegia sunt centum &
decem octo nu.2. fo.289
Apace recedere nō licet n.3. f.296
Peccatum noia remittitur nisi re-
stituatur ab latum nu.1. fo.201
Peccatum in furto non remitti-
tur nec in vsura nec in rapina
nisi facta restituzione, sed regri-
tur pænitentia nu.2. fo.201
Peccatum omne, est actio volun-
taria nu.6. fo.138
Peccatum si non esset voluntariū
nullum esset peccati n.7. f.139
Peccatum annichilat hominem,
& deformat animam n.3. f.117
Peccatum unum maius altero Ca-
sualitate, generalitate, deformi-
tate difficultate, periculositate,
inseparabilitate nu.4. fo.117
Peccatum est non obedire præ-
pto nu.2. fo.101
Peccata reddit exulem iustitiā
nu.6. fo.69
Peccatum originale non tollitur
per Baptismum, quo ad sui ef-
fentiam, sed mittigatur ne quis
damnetur nu.2. fo.39
Peccata venialia delentur multis
modis nu.3. fo.40
Peccatum veniale fit mortale ex
consuetudine nu.4. fo.40
Peccatum veniale si non priuat
quæ vita æternæ, tamen differ-
tur executio donec sit purga-
tum in purgatorio nu.5. fo.40
Peccatum mortale fit contra na-
turam nu.6. fo.40
Peccatum in Spiritum Sanctum
est irremissibile & dicitur tri-
bus modis nu.7. fo.40
Peccatum mortale infamat nu.8.
fo. 40
Peccatum an committat qui præ-
cepta legis veteris seruat nu.9
fo. 41
Peccatum est dignitatem quære-
re, vel ad eam aspirare nisi per
Episcopum nu.4. fo.46
Pena raptus est punibilis ad mor-
tem nu.2. fo.197
Pena apposita in cautione de nō
offendendo an habeat locum
ex causa nouæ rixæ nu.5. f.214
Quid si quis offenderet fratrem
alterius
Pena parricidij erat, insuebatur
in corio, cum gallo, cane, vipe-
ri, simia nu.2. fo.17
Pena respicit peccatum non autē
corpus nu.5. fo.120
Pena deflorantis virginem nun-
dum viripotentem de iure cō-
muni humiliores in metallum
honestiores rellegendur & vt
ibi nu.2. fo.195
Pena deflorantis virginem nun-
dum viripotentem relinquunt
arbitrio iudicis Sed si frangunt
pudenda non euadunt pæna m
mortis nu.3. fo.195
Per iurium est mendacium iura-
mēto firmatum cuius pæna est
infamia nu.4. fo.180
Per iuris de iure ciuili non effici-
tur
E 2 tur

INDEX.

- fur infamis ipso iure.n.5. f.180
 Periurus mā clericum priuat, digni-
 tate obtēta nō ipso iure.n.6.180
 Periurus repellitur ab agendo, à
 & testificando, & à suppletorio iu-
 ramento.nu.7. fo.180
 periurus excusatur quando fuit si
 ne dolo item propter difficultatem & si nulli præiudicat.n.8
 fo.180
 periurus si præiudicare poterat
 non puniri in foro contentio-
 so sed in foro animæ.n.9. f.180
 peritis in arte credēdū ē.n.3. f.54
 periculū mercis iactata in ma-
 ri tempore tempestatis est cō-
 munue.nu.3. fo.211
 petrus fuit incapax mortis domi-
 ni.nu.2. fo.159
 petrus fuit carissimus discipulus
 Christi.nu.2. fo.92
 plebei vti pauperes nō possunt ha-
 bere, dignitatem, & si haberēt
 officium, præsumuntur, illud af-
 fectasse, & ex eo bona acquisi-
 uiisse quæ habent non præsu-
 muntur.nu.7. fo.25
 pescatoribus non licet capere pi-
 sces nisi in stagnis, lacubus, &
 in mari.n.1. fo.215
 Et in flumine publico nisi prohi-
 bente dominio loci.
 pescationes sunt permisæ vel pro-
 hibitæ.nu.2. fo.216
 pescandi ius pōt p̄scribi.n.3. f.216
 pontifices maximi sunt à Deo in-
 stituti.nu.21. fo.7
 porta cælestis clauditur viueti in
 peccato absq; penitēta.n.4. f.48
 præceptum obligat, permisio est
 voluntaria.nu.2. fo.127
 principes agunt contra propria
- commoda, ob impositionē one-
 rum subditos fieri pauperes.
 nu.1. fo.237
 principes nobilitatem perdunt,
 & ignobilis.nu.4. fo.111
 principi pater & filia sunt coacti
 obedire.nu.4. fo.249
 proximum vituperando contra
 Dei præceptum facit.n.4. f.55
 prouocans habet electionem lo-
 ci, reus autē armorū.nu.2. f.277
 prouocās ad loca inculta agit cō-
 tra leges similiter repellitur
 qui Calumnose agit.n.3. f.277
 prouidēta est sola Dei.n.3. f.259
 prudentia sua quis inniti non de-
 bet.nu.8. fo.291
 prudēs nō diligit furiosū n.1. f.36
 prudētia & furor non possunt
 comparari neque mensurari.
 nu.1. fo.116
 pueri veniunt ad rixam cum faxis
 & baculis.nu.1. fo.32
 pugnans in duello non debet vti-
 veneno vel alio maleficio.nu.2
 fo.273
 pyratae possunt puniri in loco vi-
 cino mari in quo delinquent.
 nu.7. fo.211
 pyratarum bona à quocunque ca-
 pi possunt.nu.8. fo.211
 R
- R A P T V S nō dicitur si pueri
 la de loco ad locum ducere
 tur in ea domo vel si in campis
 in aliū campum per aliquos
 passus.nu.1. fo.127
 Raptor non est tutus in Ecclesia
 nu.4. fo.198
 Regnum cælorum paratū est bē-
 ne operantibus infernum ma-
 le paratur.nu.2. fo.143

Male

INDEX.

- Malē viuere & bene mori quis
 non potest.
 Ratio est attributa hoī.nu.1. f.293
 Rebelles qui non relevat punitur
 pæna relegationis.nu.1. fo.251
 Rebelles sunt extra legis protec-
 tionem nu.2. fo.251
 Rebelles exploratores inobedie-
 tes Principi sunt vnde puniun-
 tur pæna de qua in extreag.
 qui sint rebelles.nu.3. fo.251
 Rebellis poterit impunæ occidi
 & deinde declarari & probari
 quod erat rebellis nu.5. fo.199
 Religiosus & peccator differt.
 nu.1. fo.116
 Religiosus dicit̄ tripliciter. n.10.
 fo.41
 Religioses approbatæ sunt qua-
 tuor Basilij Benedicti, August.
 Francisi.nu.11. fo.42
 Religiosi esse nō potest nisi ha-
 beat octo cōditiones alie quin-
 quæ requiruntur.nu.12. fo.42
 Religiosus nō potest diligere pec-
 catorem quia eorum corda di-
 scrpant.nu.1. fo.39
 Religiosi non veniunt appellatio-
 ne populi cum habeantur pro
 mortuis.nu.16. fo.44
 Religiosi defferunt patientia ex-
 ternā, & materiale, absq; pa-
 tientia intestina.nu.6. fo.47
 Remissio in delictis fieri potest.
 nu.4. fo.284
 Reus non debet duci, siue conue-
 nir coram diuersis Iudicibus.
 nu.2. fo.30
 Rei confessioni non est standum
 nisi aliud appareat & aliud ad
 finē torquendi aliud condem-
 nandi.nu.4. fo.81
- Rixa inter duos equis vel armis
 facta ad aptari potest.n.1. f.293
 Romani triunfantes multi sunt
 multe coronæ pro victoria pa-
 rate erant.nu.15. fo.61
 Rusticus arma portare non po-
 test.nu.11. fo.61
 S
- S ACRAMENTVM non pōt
 parere morbosas res n.4. f.108
 Sacerdotes pro populo interpel-
 lant, & peccata populi come-
 dunt, nam præcibus ea delent,
 & consumunt.nu.18. fo.7
 Sacerdotes sunt à Deo instituti,
 vt portent iniquitates Sanctua-
 rijs & peccata populi.n.19. fo.7
 Sacerdotū institutio fuit inchoat̄
 ta in veteri testamēto, & in no-
 uo plenius cōsumata.nu.20. f.7
 Sacerdotis nomē cōpositū ex la-
 tino quasi sacrū dans.n.3. fo.5
 sacerdotis officiū est sacramentū
 corporis & sanguinis Dñi cōsi-
 cere orationes dicere & bene-
 dicere dona Dei.nu.4. fo.5
 sacerdotis appellatione in mate-
 ria fauorisibili venit præsbyter
 Diaconus & subdiaconus se-
 cus in materia odiosa n.5. f.5
 sacerdos qm possit dicere huius ca-
 nonicas in mente sine verbali
 exp̄essione.nu.8. fo.5
 sacerdos p̄ecans, debet cōpōri-
 tri propria veste.nu.22. fo.7
 sacerdotes sunt Dei legati, & eos
 rum iniuria ad Iesum Christū
 spectat.nu.23. fo.7
 sacerdos celebrans si aggressus
 potest celebrationē dimittere
 & occidēdo aggressorē poterit
 illico redire ad altare, & offi-
 cium

I N D E X

- cium perficerentur. nu. 24. fo. 7
 Sacerdotes, & clericis sunt pars ci-
 uitatis nu. 25. fo. 7
 Sacerdotibus fuit data potestas
 consecrandi corpus, & sanguinem
 redemptoris nu. 26. fo. 8
 Sacerdotibus à Christo data est
 potestas noui testamenti per
 Baptismum confessionem, &
 absolutionem, & pænitentiā
 nu. 27. fo. 8
 Sacerdotali dignitati omnes ho-
 mines sunt subiecti, & illis tenē-
 tur obediē nu. 28. fo. 8
Salomon non diuinitas non longa
 tempora vīta, sed sapientiam
 à Deo petiit nu. 5. fo. 34
Sapiens non diligit insipientem.
 nu. 1. fo. 34
Sapientia est fundamentum ho-
 noris, & ignorantia est termi-
 nus ignominiosus nu. 7. fo. 35
Sapientię maturitas, quam cani-
 cies corporis considerāda n. 2.
 fo. 52
Scientia facit hominem superbū
 superbia duplex perfecta, & im-
 perfecta nu. 1. fo. 114
Scientia est utilis Ecclesię, & secu-
 lo nu. 6. fo. 135
Scientia est thesaurus qui non in-
 uenitur nisi per perseruationē
 nu. 3. fo. 34
Scientia facit hominem priuile-
 giatum nu. 4. fo. 34
Scientia in Deo est duplex nu. 4.
 fo. 163
Semen mulieris an concurat cum
 semine patris in generando
 nu. 5. fo. 53
Senectus est veneranda nu. 3. fo. 53
Sententia in iudicio Summario
- & acta non obstant in iudicio
 ordinariō nu. 12. fo. 240
Seruus tenetur obediē Domino
 nu. 6. fo. 286
 seruu sine consensu Domini nō
 potest intrare Religionē nu. 13
 fo. 42
 seruu tenetur liberare dominū
 vel pīctare auxilium n. 1. fo. 92
 sœutia nulla maior illa, qua ho-
 mines vtuntur nu. 1. fo. 188
 sponsa propter coitum extermini-
 hat sponsum nu. 4. fo. 53
 socera & nurus sepe discordant
 nu. 1. fo. 52
 sodomiticū vitium est super om-
 nia vita detestandū n. 1. fo. 196
 sodomiticum vitium tam dicitur
 in masculo quam in feminā n. 2
 fo. 196
 sodomiæ pæna est tam in agente
 qua in paciente mors num. 3.
 fo. 196
 sodomiam sacerdos committens
 suspendit ab executione or-
 dinis & si celebraret à summo
 pontifice remissionem conse-
 qui debet. nu. 4. fo. 196
 sodomiticum vitium separat con-
 iuges nu. 5. fo. 196
 sodomiticum affectum tētans nō
 secuto effectu an sit punibilis
 nu. 6. fo. 196
 somnus est quies omnium sen-
 tium n. 8. fo. 15
 somnus æquiparatur morti nu. 9
 fo. 16
 somnus moderatus est utilis ho-
 mini secus nimium dormienti
 nu. 10. fo. 16
 somnū Animalia habentia san-
 guinem habent nu. 6. fo. 78
 sc̄mnus

I N D E X

- somnus & frigiditas equiparatur
 morti nu. 7. fo. 76
 Statutum disponēs quod pro ho-
 micidio imponatur pæna pe-
 cuniaria an valeat nu. 9. fo. 190
 Statutum perusii quod si foreſis
 ibi occidaſ punitaſ pecuniaria
 Tūc qđ si Perusin⁹ alibi occida-
 tur an occisor solummodo ve-
 niat puniendus pæna pecuniaria
 nu. 10. fo. 190
 Statutū pro damnis datis, an pa-
 ter pro filio, & Dominus pro-
 famulo teneatū nu. 4. fo. 236
 Et an sit intelligendum indistin-
 ctē fallit ut ibi.
 Statuta iubentia esse standum iu-
 ramento capitū vel saltuarij ha-
 bent locum in Iudicijs summa-
 rijs nu. 11. fo. 239
 stuprator allegās puellam nō fuif
 se virginem an eius vel virginis
 assertioni stetur nu. 6. fo. 194
 successio ab intestato inter coniu-
 ges putatiuos locum nō habet
 nu. 8. fo. 20
 superbia est duplex, perfecta, &
 imperfecta nu. 6. fo. 23
 sylla malam vīta duxit n. 8. fo. 189
 sylua non debet cedi nisi de trien-
 nio in triennium nu. 4. fo. 219
 sylua intelligitur de arboribus al-
 tioribus, & paruis, & quas arbo-
 res incedere possit nu. 1. fo. 218
T
T E M P V S est mora rerum
 mutabilium nu. 7. fo. 262
T ēpori occurrere melius est quā
 post causam remedium quere-
 re nu. 3. fo. 293
T estes domestici quando admittan-
 tur nu. 3. fo. 194
- Testis deponēs falsum corruptus
 pecunia nu. 2. fo. 204
 Terminus amouens punitur
 nu. 1. fo. 242
 Pæna secundum conditionē per
 sonarum & mentis extirpantis.
 Terminus per ignoratiā mo-
 uens qua pæna puniatur si ter-
 minus fuerit furatus n. 2. fo. 242
 Et ibi vide pænas.
 Turpia non hospitantur cum no-
 bilitate, & dignitate. n. 4. fo. 268
 V
- V** ER B A iniuriosa quā sunt,
 & quando quis dicatur infamatus nu. 4. fo. 177
 Verba debent intelligi secundum
 ordinem debitum nu. 5. fo. 138
 Verba debet capi secūdum quod
 principem decet nu. 3. fo. 27
 Venari in agro alieno potest pro-
 hiberi à Domino nu. 1. fo. 185
 Venatio ad columbos columbe-
 riorum punitur nu. 3. fo. 185
 venatio est pmissa ad vītos Apros
 Lupos nu. 3. fo. 185
 Veritati studere magis quam va-
 nitati licet nu. 2. fo. 3
 Veritas est mater iustitiae ei omnia
 cedunt quia vincit omnia
 Ideo colenda nu. 2. fo. 288
 Vespesianus Imperator fero & fa-
 me afflixit Hyerusalē nu. 5. fo. 83
 Victoria soli Deo attribuenda
 nu. 5. fo. 33
 Vindicta a natura p̄creata est n. 4
 fo. 85
 Vindicta nō ē desiderāda n. 4. fo. 71
 vidičtanō ē pmissa diute n. 5. fo. 71
 Vindicta potest permitti à statu-
 to an posset alteri demandari,
 & an vindicta per alium fit
 per-

INDEX

- permissa.
 Vindicta malos fructus parit, hu-
 militas bonos nu.8. fo.287
 Vindicta est potior dilectione.
 nu.3. fo.133
 Vindicta tria pariunt principali-
 ter bonorum consumptionē,
 vita pēnitentiam animae perdi-
 tionem.nu.5. fo.133
 Tria contraria nascuntur ex dile-
 ctione.
 Vinearum vastatores & inciso-
 res arborum vt latrones puniū-
 tur. In multis locis patiā statu-
 torum.nu.1. fo.209
 Vitis producit tres, species vua-
 rum.nu.2. fo.209
 Vini inuentores Bachus, Icarus,
 Saturnus.nu.3. fo.209
 Vites Noe fuit primus qui eges-
 fūs de archa plantauit & degū-
 stato succoebrius remansit.n.4
 fo. 210
 Filius fuit primus qui cum aqua
 temperauit vinum.n.5. fo.210
 Vinum est consacratum quia sine
 eo missā cælebrari non potest
 nu.6. fo.210
 Violentia punitur si vi cogitur re-
 nuntiate.nu.1. fo.245
 Virgo stuprata, & dotata est re-
 stituta ad honorem.n.7. f.296
 Virtus potest cadī pro remissione
 nu.2. fo.91
 Virtus parit honorem nu.1.f.137
- Virtus an possit esse inter ma-
 los.nu.14. fo.76
 Differentia inter bonos & malos
 nu.15. fo.76
 Virtutes Cardinales dicuntur si
 per quibus versatur hominis
 conuersatio.nu.8. fo.75
 Virtus vbi maior ibi est honor
 virtutes sunt plures.nu.2. f.73.
 Virtutes in homine intellectu &
 illis assignantur quatuor diffe-
 rentiae.nu.3. fo.103
 Vita non desideranda cum vitiis
 & erroribus plena sit num.12.
 fo. 267
 Vitæ hominis diuisio est, vt vna
 pars tribuatur somno alia vigi-
 lia.nu.1. fo.15
 Vtusfructuarius non potest vti ar-
 boribus euulsis vi ventorum.
 nu.2. fo.218
 Vulneratus si post quadrigin-
 ta dies moritur vulnerans non
 tenetur de occiso.nu.8. fo.63
 Si vulneratus lethaliter viuit vi-
 tra 40.dies vulnerans non tene-
 tur de occiso.nu.8. fo.190
 Vxor ex adulterio amittit dotem
 bona parafratalia & matrimo-
 nium separatur.nu.3. fo.191
 Vxorem iterum in cōsortium ad-
 mittere.nu.6. fo.192
 Vxor pulchra difficile est custodi-
 ri.nu.7. fo.215

TRACTATVS

INTER MILITEM

SACRVM,

ET MILITEM SECVLAREM
De Duello super verbis Matth. Cap.
V. diligite inimicos vestros,

ET BENEFACTIE HIS QVI ODERVNT:
 vos editus per Illustr. Equitem, & Excellentissi-
 mum Vtriusq; Iuris Consul. Domitium
 Lelium Zanchum Veronensem.


LIBER PRIMVS IN VERBO DILIGITE.

SUMMARIVM IN PROEMIO.

- 
1. *Eus chaos creauit et elemen-
 ta distinxit.*
 2. *Dcus omnium rerum est prin-
 ceps, et in eius nomine omnia
 sunt facienda.*
 3. *Deus est animi animaq; pas-
 sionum curator, & cu-
 stos.*
 4. *Deus magis inspicit cor quam
 opus.*
 5. *Deus est veritas d qua nemini
 discedere licet.*

1. *Sicut enim invenimus Pro-
 genes & frumenta quoque in
 faberum mentis id est, quod
 illud invenimus, et hoc in
 faberum.*

A CORAM



OR A M - te † Domino Deo nostro ineffabili , & incomprehensibili me conuerto , qui chaos creasti , & elementa distinxisti , qui Cœlū radias Sole , Lunā , Stellis ceterisq; Planetis luminasti q; Terram , Mari , Lacibus , Fluminibus , Fontibus , Planicie , Montibus cauernis , antris pescibus animalibus quadrupedibus , vtilibus , frugibus , & fructibus , decoratam fabricasti , ad te qui vides omnia , ad te qui regis omnia , mētem eleua colum meum fauo mellis tui amoris infunde , animumque meum tui spiritus sancti gratia accende † Vt tu qui rerum omnium es Princeps Genes . cap. 1. in cuius nomine omnia sunt facienda xxvi. q. v. cap. non licet xxv. q. vlt. cap. non obserueris , & in cap. in nomine domini ext. de test.

3. & in l. Deo nobis C. de Epis. & cler. cum simil. † Nam eum sis animi animaq; passionum curator , & custos , de consec. dist. 1. cap. omnis Christianus , & qui potentias , & virtutes auges , de penit. diit. ij. cap. cum Sanctam lingua

sq; disertas facis , iiiij. q. iiij. in fi. † Qui erit magis inspiris cor quam opus , xv. q. v. cap. j. igitur qui in te spem ponit , sua eum non fallit opinio xxij. q. ij. cap. j. † Ideo te ego , & obsecro , vt valea aperire labia mea cū Mattheo Euā- gelista ad eruēdam veritatem à qua nemini discedere licet.

S. V. M. M. A R I V. M.

1. Diligite inimicos vestros , & benefacite his qui oderunt uos .

2. Veritati studere magis quam vanitati licet .

3. Aspidis surdis verba non sunt facienda .

De propositione diligendi inimicos. Caput. I.

ILES sacer proponit Matthi. scripsisse in cap. v. ex ore Domini nostri Iesu Christi , hęc verba admodum considerabilia cum animq; salutem respiciant † Diligite inimicos vestros , & benefacite his qui oderunt vos , & orate pro persequentibus & calum-

& calumniantibus uos , & super hoc themate multa dici possunt quæ legibus rationibus , auctoritatibus , pro omni posse meo tangam , & erunt valde cupientibus , & intelligentibus non minus delectabilia , quam utilia animo , anime que præfertim si lectores , & indigentes hoc opere † Studi debunt magis veritati , quam vanitati , nam ex veritate fructus celestes scilicet pax quies beatitudine gloria florebunt , ex vanitate autem ignis , clamor , stridor dentium , excruciatus nascuntur , vnuſquisque igitur videat , consideret , & reuelē intelligat , in qua parte cupiat habere ināſionem , si apud Deum aquiescat consilio , & huic meo labori , si apud inferos , in eius peruersa voluntate , & openione pereat , nam

3. Anguibus † Aspidis surdis verba non sunt facienda , cum velint à Deo , & à gremio eius Sanctæ Ecclesiæ viuentes , morientesque segregari , dum taxat curandum censeo , cum aquiescentibus ambulare , & cum dissentientibus pace non habere , sed cum presens tractatus sit inter Mil. sacr. & Milit. secul. de duello , & cum prædictum thema sit Milit. Sac. Arbitror ex necessitate expedire , non esse ignorandum quis sit hic Miles facer . & eius officium .

S V M M A R I V M.

1. *Militia dicitur tribus modis equestris , cælestis , & legalis .*
2. *Miles , cælestis quo ad peculium Caſtrene vel quasi Caſtrene .*
3. *Sacerdotis nomen est compositum ex Latino quasi sacrum dans .*
4. *Sacerdotis officium est Sacramentum corporis , & sanguinis Domini confidere , Orationes dicere , & benedicere dona Dei .*
5. *Sacerdotis appellatione in materia fauorabili venit præbyter diaconus , & subdiaconus secus in mater in odioſa .*
6. *Clericus an non dicens officium sine causa rationabili , teneatur restituere fructus .*

7. *Datum ob causam causa non secunda illud potest repeti .*
8. *Sacerdos an posset dicere horas canonicas in mente sine verbali expressione .*
9. *Oratio communis quæ fit per ministros Ecclesiæ illa fit in persona totius populi fidelis , ideo debet innotescere toti populo ,*



Liber Primus

- 10 Oratio que singulariter offertur à singulari persona sive pro se
sive pro alio non est de necessitate vocalis.
- 11 Orationi singulari vox adiungitur propter tria.
- 12 Hominis mens per exteriora, sive vocum, sive etiam aliorum
factorum, mouetur.
- 13 Cor meum exquisuit te facies mea.
- 14 Orationes non debent esse vocales quia soli Deo porrigitur,
nam Deus cordis locutionem cognoscit, ergo vox frustra adi-
ungitur.
- 15 Orationis mens excitatur in Deum,
- 16 Oratio debet offeri Deo.
- 17 Orans nihil nouum facere debet quod aspiciant homines, vel cla-
mando vel pectus percutiendo, vel manus expandendo.
- 18 Sacerdotes pro populo interpellant, & peccata populi come-
dunt; nam precibus ea delent, & consumunt.
- 19 Sacerdotes sunt à Deo instituti, ut portent iniquitates Sanctuar-
rij, & peccata populi.
- 20 Sacerdotum institutio fuit inchoata in veteri testamento, & in
novo plenius consumata.
- 21 Pontifices maximi sunt à Deo instituti.
- 22 Sacerdos peccans, debet cooperiri propria ueste.
- 23 Sacerdotes sunt Dei legati, & eorum iniuria ad Iesum Christum
spectat.
- 24 Sacerdos celebrans si aggressus potest celebrationem dimittere
& occidendo aggressorem poterit illico redire ad altare, & offi-
cium perficere.
- 25 Sacerdotes, & clerici sunt pars ciuitatis,
- 26 Secerdotibus fuit data potestas consecrandi corpus, & sanguinem
redemptoris.
- 27 Sacerdotibus à Christo data est potestas nuchi testamenti per Ba-
ptismum confessionem, & absolutionem, & paenitentiam.
- 28 Sacerdotali dignitati omnes homines sunt subiecti, & illis te-
nentur obedire.
- 29 Duellum riti odiosum est omni iure prohibitum.

*In Verbo Diligite.**De Militia, & quibus modis dica-
tur. Caput. 2.*

- 1 LITIE equiparantur, & † Militia
dicitur tribus modis equestris celestis
& legalis l. den. ff. de testam. mil. mil-
les celestis equiparatur militi seculari,
gl. Doc. & Bar. in l. miles. ff. de re. Iud.
l. miles §. mulier. ff. de milit. test. † Et
hoc quo ad peculium Castrēse uel qua-
si castrense, Auth. præsbyteros & ibi Salic. C. de Epif. &
Cler. ex hac causa principali Sacerdos, vel Clericus gaudet
peculio Castrensi, vel quasi, melito ergo, & ipsi quoq;
3 milites appellantur † Sacerdotis nomen est compositum ex
4 Latino, quasi sacrum dans. xxi dist. cap. Cleros † Eius of-
ficium est sacramentum corporis, & sanguinis Domini
confidere, orationes dicere, & benedicere dona Dei, vt
5 habetur in cap. perlectis xxv. dist. † Appellatione Sacerdotis
in materia fauorabili venit presbyter diaconus, & sub-
diaconus, tex. in cap. i. xv. q. v. fecus in materia odiosa,
quia solum venit presbyter cap. si quisquam de cohab. cler.
6 dubitari tamen potest, † An Clericus non dicens officium
sine causa rationabili teneatur restituere fructus, quos in-
terim percepit ab Ecclesia, Io. cald. in cap. i. de celeb. miss.
Concludit quod sic, & mouetur primo quia propter non
residentiam clericus priuatur beneficio, & fructibus bene-
ficij, vt in cap. pe. de cler. non ref. Nam nō dicens officium
effectualiter non residet, beneficium datur propter offi-
7 cium, cap. fi. de rescrip. lib. vi. † Vbicunque aliquid datur
ob causam causâ non secuta, illud potest repeti, ff. de cōd.
ob Turp. caus. quasi per totum sed beneficium datur pro-
pter officium dicendum, ergo officium non dicendo,
possunt fructus beneficij repeti, & licet Panor. in dicto
capit. primo diuersum sentiat, tamen opinio alle-
gata est tutior in foto anime, potest in hoc propo-
sito queri, si sacerdotis officium est dicere orationes, † An

sufficiat dicere horas canonicas in mete sine verbali expressione , dicendum est ; quod non secundum Thom. in ij. ij.
 q. Lxxxij. † Communis Oratio que fit per ministros Ecclesie ; illa fit in persona totius populi fidelis , & ideo oportet quod talis oratio innotescat toti populo , in quo offertur , quod non posset fieri nisi esset vocalis , ita fuit institutum , quod ministri alta voce pronuncient , † Sed Oratio quae singulariter offertur à singulari persona sive pro se , sive pro alio , non est de necessitate vocalis , not. gl. in titu. ij. c. v.
 11 Quae subdit post Thom. † Quod vox adiungitur etiam orationi singulari propter tria , primum ad excitandum interiorem deuotionem , qua mens orantis eleuetur in Deū .
 12 † Quia per exteriora sive vocum , sive etiam aliorum factorum mouetur mens hominis , & secundum apprehensionem , vnde Aug. dicit ad probandum , quod verbis , & alijs signis ad agendum sanctum desiderium nos ipsos acrius excitat , non in singulari oratione tantum est vocibus huiusmodi & signis vtendum , quantum proficit ad excitandum interius mentem , si vero mens per hoc distrahitur vel qualitercumq. impediatur est à talibus cessandum , quod p̄cipue contingit in illis quorum mens sine huiusmodi signis est sufficienter ad deuotionem parata . Psalm. tibi dixit † Cor meum exquisiuit te facies mea , de Anna legitur primo Regum C. quod loquebatur in corde suo , secundo adiungitur vocalis oratio quasi ad redditionem debiti , vt si homo Deo seruiat secundum totum illud , quod ex eo habet idest non solum in mente , sed etiam corpore quod p̄cipue connexit orationi , quod est satisfactoria , vnde Osee vlti . Domine aufer iniquitatem , & accipe bonum , & reddemus vita los labiorum nostrorum , tertio adiungitur ex quadam redundantia animæ in corpus , & ex vehementi affectione secundum illud Psalm. Letatum est cor meum , & exultabit lingua mea † opponi potest quod orationes non debent esse vocales , quia soli Deo porriguntur , nam Deus cor dis locutionem cognoscit , ergo vox frustra adiungitur , xxxvij dist. cap. sedulo sol. non proferuntur ad hoc quod agnotum Deo manifestetur † Sed ad hoc vt mens orantis vel alio-

16 vel aliorum excitetur in Deum , potest etiam opponi † Oratio debet offerri Deo in omnibus secundum Matth. cap. viii . tu autem cum oraueris intra cubiculum & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito , sed per vocem oratio publicatur , ergo &c. solu. dico quod sicut Chrysoſtimus dicit super Mattheum ea proposito , Dominus vetat in conuentu orare , vt à conuentu videatur † Vnde orans nihil nouum facere debet , quod aspiciant homines vel clamando , vel peccatus , percutiendo , vel manus expandendo , nec tamen vt dicit August. in lib. de sermone Domini in monte videri ab hominibus nefas est , sed Ideo hoc age ne ab hominibus videaris , ipsi † Enim sacerdotes pro populo interpellant , & peccata populi comedunt : quia suis p̄cibus ea delent ; & consummunt . i. q. i. cap. ipsi sacerdotes , & non solum pro populo sed etiam pro regibus , & Imperatoribus , in auth. quomo. oport. Episcop. & cleric. coll. i. † Sunt sacerdotes à Deo ad hoc instituti , vt portent iniquitates sanctuarij , & peccata populi numer. xvij. † Eorum institutio fuit inchoata in veteri testamento , & in novo plenius consummata .
 21 † Summi Pontifices sunt à Deo instituti , vt in cap. continua & in cap. sacerdotibus xi. q. i. & in cap. in scripturis
 22 xcvi. distin. † Vbi constat Constantiū Imperatorem dixisse vere si proprijs oculis vidissem sacerdotem Dei , aut aliquem eorum qui monachali habitu circumamicti sunt peccantem clamidem meam spoliarem & cooperirem eum , ne ab aliis quo videretur , hoc idem in cap. satis. §. Teod. ea dist. † Sacerdotes sunt Dei legati , & eorum iniuria ad Iesum Christum spectat Io. lecriter de prima genitura in q. xxij. §. Sed hanc in si. † Hinc est quod tamen si sacerdos dum celebrat missam aggressus fuisset , potest iuste celebrationem dimittere , & si se defendendo interficiat aggressorem , poterit incontinenti redire ad Altare , & officium perficere , si aliter euadere non poterat , hoc est dictum singulare , Io. de lignano in tractatu suo de bello iusto † Sunt etiam sacerdotes & clerici pars ciuitatis , & Reipu. Oldra. conf. xxxij. Paul. de Cast. conf. ccxcvi. vbi dicit , quod in fauoribus veniunt clerici sub generali statuto ciuitatis , quia censentur pars ciuitatis

Liber Primus.

tis sicut in odiosis, & sic procedit cap. si sententia de sententia
 26 excomm. in vi. Abb. in cap. i. de vit. & honest. clero. † Si sa-
 cerdotibus fuit data potestas consecrandi corpus, & sanguinem
 redemptoris, Luc. xxij. ibi hoc facite in meam commemora-
 tionem, ipsis dedit potestatem absoluendi, & ligandi, ibi Matth.
 xvij. quodcumque ligaueritis, Io. ibi xx. cap. accipite spiritum
 sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, ipsis da-
 ta fuit potestas orandi pro populo, Matthæus cap. vi. ibi pater
 noster prædicandi, & baptizandi Matth. cap. vlt. ibi euntes ergo
 docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & fi-
 lij, & spiritus sancti, Marc. cap. vlt. ibi euntes in mundum yni
 27 uerum prædictate euangelium omni creature † Et si data est
 potestas à Christo sacerdotibus noui testamenti per baptismū
 confessionem & absolutionem, & penitentiam, omnes homi-
 nes ecclesiæ Christi, & Christo eius Ecclesiæ capiti vniendi &
 incorporandi ac ipsis Deo redemptori nostro per supra dicta
 28 in paradiso animas fidelium representandi † Ergo ex his causis
 sacerdotes omnes homines siue liberi siue serui sunt subiecti sa-
 cerdotali dignitati, & illis tenentur obedire & reuerentia exhibere,
 nam omnes homines & Principes Episcopis obedire Be-
 atus Petrus præcipiebat, ext. de maior. & obed. cap. omnes
 Principes & cap. solite & xcvi. dist. cap. duo sunt sacerdotes,
 29 igitur sunt obediendi, & credendi † Si presens tractatus est de
 duello quod vti odiosum, est omni iure prohibitum, vt suis lo-
 co & tempore disponam propositio ergo Mil. fac. dicentis ver-
 ba Domini nostri Iesu Christi diligite inimicos uestros & bene
 facite his qui oderunt vos, nedum amplectenda per Mil. secul.
 Verum etiam omni iure ob eius salutem executioni demandanda sunt.

S U M M A R I V M.

2 Officium militis est arma exercere principibus ministerium præstare
 tempore belli & pacis honorem defendere militares ordines non
 ignorare usum armorum docere & edoceri, arma cognoscere
 ducibus exercituum obedire.

Cbrisli

In Verbo Diligite.

- 2 Christi verba non sunt aspernenda sed menti tradenda & exequenda.
 3 Dei dona principalia sunt quatuor anima, honor, vita, & fortuna bona.

*De officio Militis secularis.**Caput 3.*

I L E S Secul. cuius † Officium est arma exer-
 cere principibus ministerium præstare tem-
 pore belli, & pacis honorem defendere, mi-
 litares ordines non ignorare, usum armorum
 docere, & edoceri, arma cognoscere, ducibus
 exercituum obedire, & tadem subiectum pe-
 nis de quaib[us] in tot. ti. ff. de re. milit. ait recta
 locutio Mil. fac. est potestas sacerdotalis non est deneganda
 2 † Nec verba Domini Iesu Christi sunt aspernenda, sed menti
 & tradenda & potius effectualiter exequenda, sed non igno-
 randum est, quod aliud est ius diuinum, aliud ius canonicum
 & aliud ius ciuale, omnia hæc sunt iura, sed aliqua tendunt ad
 anima, aliqua tendunt ad corpus, & actiones corporis, ideo aliud
 3 est querere de anima, aliud est querere de corpore, & seculari
 bus actio nib[us], & negotijs † Itaque dona Dei principalia homini
 concessa ab omni hominum genere sunt admodum conser-
 vanda, quæ sunt quatuor anima, honor, vita, & fortuna bona;
 de anima autem dicitur infra in tertio libro, de vita uero & hono-
 re ac fortunæ bonis tractabitur in præsenti & in secundo libro.

Responsio
Mil. fac. in
lib. i. in ca-
xl.

S U M M A R I V M.

- 2 Honoris diffinitio est desiderium laudis.
 3 Honor est indicium existimationis quæ ex bonis operibus in homine
 nascitur.
 3 Honor est signum virtutis.

Honor

- 4 Honor est actus incorporeus qui consistit in moribus.
 5 Hominis vita regulariter non excedit centum annos.
 6 Hominis vita meta communis est septuaginta annorum.

*Honor quid sit.**Cap. 4.*

- 1 V M Tractandum sit de honore & hominis vita, expedit non ignorare quis sit honor, quid sit vita. honoris diffinitio talis † Desiderium laudis est honor, Ideo qui bonus & maior est, tanto magis mouetur ex fama, & ex laudibus, nec aliud cupit in præmium virtutis suæ nisi
 2 gloriari secundum Aristotilem † Honor est inditium existimationis quæ ex bonis operibus in homine nascitur in alterius ministerio qui ab eo honoratur Plutarchus appellat honorem gratiam tenuitatem ex benevolentia illorum memorantium ministeria, & parpari redere cogitantum, hæc à natura sunt signa
 3 beneficia præstata illis, quos honoramus † Iuris consulti dicunt honorem esse signum virtutis Io. à lignano de amicitia §. conser-
 4 quenter post nu. 4. † Honor iuditio meo ita potest diffiniri, q. sit actus incorporeus, qui consistit in moribus ex vi consuetudinis † Vita hominis est tempus quo viuit homo, qui regulariter non excedit centum annos l. fi C. de sac. sanc. Eccles. Cardinal. in clement. i. de reb. Eccles. non alien. spec. de prob. §. i. vers. quid si testes sed quandoque longior fuit vt legitur de Abbat. Cosma qui vixit annis centum & viginti in auth. de monach. §. si vero intra lxxxiiij. dist. cap. fi. Plinius in lib. vij. cap. xlviij. plures tamē hodie moriuntur intra annos quinquaginta Card. in d. clem. l. i. C. qui etat. lib. x. † Meta tamen vitæ communis hominū est septuaginta annorum, l. i. & ibi Salycet. C. qui etat. se excusat.

S V M M A R I V M.

- 1 Honorem celebrare, & laudes ei præbere decet
 2 Honor est sine censura quod non est in alia re, tam animata quam inanimata
 3 Honor solus est irreprehensibilis
 4 Honor solus in alta sede commoratur
 5 Honor est præcipuum decus vitæ nullus & quæ illum perdit, quæ vitam perdat vita præfertur honor
 6 Honor est vietus hominis non autem hic cibus materialis
 7 Honoris Laus
 8 Honorem qui non seruat est sibi ipse inimicus

De Laudibus honoris. Caput. 5.

- 1 L E. secul. auditis diffinitionibus honoris illas laudat, & approbat, in illis insistit, & vitam ducere intendit, sed cum sit res valde consideranda tanti momenti, & valoris dolore affligitur in eius ore talia verba non inesse † Ut valeret illas laudes celebrare, & honori præbere vt decet, & continebit, & quibus vere dignus est, hoc enim apertissime vide
 2 si potest † cum in hoc seculo nulla res tam animata quam inanimata reperiatur quæ non egeat aliqua censura præter honorem † Solus enim honor irreprehensibilis ; qui vti candidus Armerinus fidari non se Permittit omnes etiam res patiuntur associari, immo quod multe societatem requirunt, nec sine ea permanere non possunt † Solus honor in alta sede commoratur, & ad instar cordis effectus, qui si tangeretur digito vitam cum morte commutat qui non in spinis non in luto sed in candore viuit, nectare ambrosiacq; nutritur, maculas, spernit verborum factorumque offensibilium inimicus, qui continuis temporibus studet esse, & pressæ alijs quid enim est homo sine honore, est quedam imago belus deterioris conditionis † honor est præcipuum decus vitæ, nullus eques illum

illum perdit, quin vitam perdat, vita praesertim honoris, cum sit eius ornamentum, quae sicuti sine membris submissis in strantibus vivere non potest, pari modo sine honore confusa, intellectu orbata, sine lumine viuit, & non viuit.
 ¶ Nam verus virtus hominis non est, dum taxat hic cibus materialis quo dietim fungitur, sed hoc materialiter honore ex natura prouenienti vita miro quidam ordine magis delectatur, ideo in eo veluti specculo lucidissimo quisque oculos se inspiciendo voluit, & reuolutus. ¶ O honor omni quacunque, re pulchior, o honor omni quacunque, re preciosior, solus desiderabilis, solus amabilis, solus delectabilis, ex te oriuntur recte locutiones, liberalitates, magnanimitates, emines artes ad finem honoris incrementum recipiunt, honor bonis moribus imbutus, & inductus, beneficis, admirabilis vndeque perfectus, si diuerso ordine ex aliqua causa iudicaretur uti formosa sponsa Impudica esset, ita si quis diuinitus corporisque pulchritudine ornamentisque ceteris ornatus esset, si honore careret, nihil esset, nam diuitiae pulchritudines villescerent, & sordecerent, cum esset inulta terra absque fructibus sol sine splendorc, Arbor sine fructibus hinc est quod unusquisque curare debet omni conatu honorem habere, & habitum possidere, & defendere, & qui careret hoc sensu, efficitur infamis, & ridiculum plebis, quia neque famosis, & notatis, & quos scelus vitae aut turpido inquinat, & quos infamia ab honestorum cœtu segregat, dignitatis porte patebunt, l. ij, & ibi Bar. C. de dignitate lib. xij. Honore autem captus ut dignitatis dominus in conspectu aliorum honoratorum ac populi floret, quis igitur erit ille, qui non cupiat honorem, qui honori penitus non se prebeat, & si forte ab hoc absulet, pereat in sua peruersa natura, veluti sibi ipsi inimicus, cum proprij honoris sit homicida in praesenti igitur opinione residet qui profitetur honorem.

S U M M A R I V M.

Respon. Mil.
Sac. in lib. i.
cap. xliv.

- 1 Inimicos diligere hoc repugnat humanae naturæ
- 2 Inimicitia ex tribus causis nascitur ex opinione

Inimicitiam

- 3 Inimicitia iniuria generat ex triplici causa, re, verbis, & literis.
- 4 Inimicitiae aliquæ sunt capitales, aliquæ leues.
- 5 Damnum modicum quilibet a quo animo ferre debet, quia lex parnam lesionem non considerat.
- 6 Dolus ex parva re non presumitur.
- 7 Inimicitia leuis non repellit testes sed relinquitur indicis arbitrio.
- 8 Inimicitiae sunt passiones mentales que animo retinentur, & continuantur.
- 9 Animus ex facto presumitur nisi contraria protestatio palam procedat.
- 10 Animi interiora, exteriora ostendunt.
- 11 Animus est in passionibus occupatus.

Inimicum non posse diligi

Caput. 6.



- IL. secul. amator & defensor honoris Mare magnū ingreditur pro explicandis rationibus, fundamentis, & argumentis ad demonstrandum arduū, & impossibile esse diligere inimicos. Hoc enim videtur repugnare humane naturæ, quia inimicus semper cogitat mala de inimico, l. si inimicitiae, ff. de his quibus ut indigni. l. iii. §. nō solum ff. de admend. leg. cap. repellantur, & cap. cum oporteat de accusati. ¶ sat. ¶ Inimicitia ex tribus causis nascitur, ex iniuria, ex litte ex opinione, primum signum inimicitiae est, si inter partes initia est inducta, ¶ Inimicitia autem inimicitiam generat ex triplici causa, re, verbis, & literis de istis tribus causis tractabitur in secundo libro, ¶ Inimicitiae aliquæ sunt capitales, aliquæ leues, dicuntur capitales inimicitiae duabus modis, Fely. in cap. accessus il. ij. ut lit. non contest. & in cap. cum oporteat de accusati, & an ex minis inducantur vide per eum cap. afferte in iiiij. col. in vers. datur aliud de presumpt. videlicet primo si interuenient mine mortis, quod sunt minati sibi mortem, vel alteri, secundo si institu-

ta fuit accusatio criminis capitalis, ut singulariter dicit gl. in l. licet arbitror. Leues dicuntur ille quæ natcuntur ex parua causa, ex qua non ita de facili præsumitur inimicitia. ¶ Nam modicum damnum quilibet æquo animo ferræ debet, cap. Terrulas xij. q. ij. Cum lex paruam læsionem non consideret, l. scio. ff. de restitu. in integr. ¶ Nec dolus ex parua re non præsumitur, l. si oleum. ff. de dolo, ¶ Hinc est quod leuis inimicitia non repellit testes, sed arbitrio Iudicis relinquitur, an velit repellere, vel admittere, gl. in cap. ij. in verbo accusatores iij. q. v. cap. cum oporteat de accus. in verb. inimicus, & ibi Abb. Si ¶ Inimicitiae sunt passiones mentales, quæ animo retinentur, & continuantur, Bal. in l. ex persona C. de prob. Fely. in cap. scribam de præsumpt. Bar. in l. siue possidetis C. de probat. quod standum est assertioni dicentis possidere, cum hæc animo retineatur, ¶ Animus ex facto præsumitur, nisi contraria protestatio palam præcedat, Bal. in tract. schisma. xijij. col. per l. si ancillam. ff. pro fuol. iubemus C. de defens. ciuit. Bal. in l. vt debitum in i. opp. C. de hered. act. ¶ Animi interiora exteriora ostendunt, Bart. Soc. in Conf. cxxxii. incip. in presenti in lib. i. Bal. in l. is qui §. diuus. ff. de tut. & curat. & in l. si ex plagis. ff. ad leg. Aquil Signoro. de homode. in conf. xcvi. ¶ Cum animus sit in istis passionibus occupatus, quæ ex facto præsumuntur, & per exteriora cognoscuntur, machinationes, inimicitiae, affixas in corde destruere, & amorem construere, in loco occupato, in quo non datur aditus, cum iam sit obturatus, ergo impossibile est diligere inimicum.

Responso
Mil. Sac. in
lib. i. capi.
xli. et libr.
iij. cap. 7.

S U M M A R I V M.

1. *Vita hominis diuisio est, ut una pars tribuat solum, alia vigilia.*
2. *Cogitatio nulla altior quam nocturna, nulla propè pars temporis aptior studentibus.*
3. *Anima bene instituta in studijs, dimidium temporis dormire, non potest.*

4. *In imicus insidiatus, & molestatus ab inimico, nec hibernam, nec estiuam noctem totam dormit.*
5. *Inimicitia culpæ annumeratur.*
6. *Inimicitia quando aucta, & quando diminuta.*
7. *Animantia omnia sanguinem habentia ut etiam pisces dormiunt.*
8. *Somnus est quies omnium sensuum.*
9. *Somnus æquiparatur morti.*
10. *Somnus moderatus est utilis homini secus nimium dormienti.*

Inimicitia tenet hominem vigilem.

Caput. 7.



- I TÆ. ¶ Hominis secundum aliquos diuinos autores diuisio talis est, quod partit. vt dimidiam partem somno tribuant, dimidiamq; vigiliæ, & illi apertissimi improbantur cum studiosi à stultorum vita non differet, & si quidem pro somno noctem, pro vigilia diem velint intelligere, recta, & vera diuisio est: equis enim partibus tempus inter se diuidunt, differentia. 2. stat in hoc quod nulla acrior, ¶ Nulla altior cogitatio quam nocturna, nulla prope pars temporis studentibus aptior. 3. ¶ Et sicut anima bene instituta in studijs dimidium temporis dormire non potest, ita credendum est, ¶ Quod qui molestatur, & insidiatur ab inimico noctem nec hibernam, nec estiuam totam dormiat, nam dormit, & cor suum vigilat quia continue se reperit volunt, & reuolutum in varjis, & malis cogitationibus, ¶ Igitur cum inimicitia culpe annumeretur, quia raro sine culpa prouenit, Bal. in l. falsus pen. col. C. de furt. ¶ Vnde magis inimicitia videtur aucta, quam diminuta, cum somnus homini à natura datum sit ob eius conseruationem, nam nulla naturalis opera in eo reperitur, quin quiete egeat. Ait Aristoteles in lib. iij. ¶ Animalium quod hoc est commune omnibus animalibus sanguinem habentibus, vnde pisces dormiunt ¶ Somnus est omnium sensuum quies, Apostolus in cap. iiiij. ad Thessalo-

In Verbo diligite.

Thessalonenses, † Somnum equiparat morti † Somnus moderatus est vtilis homini, secus nimium dormienti, constitutus in aliqua inimicitia non dormit, hic est inimicitie, & ire effectus, ergo inhabilis ad diligentum, l. cum pretor, ff. de Iud. cap. infamis §. tria sunt iij. q. vij Nam sicuti maxima molestia infertur dormienti si à somno excitatur, ita si non dormit, sed coactus inimicitia die nocteque vigiliat quomodo ergo haberi potest dilectio aduersus offendentem.

*Responsio
Mil. Sac. in
ib.i. in cap.
xlii.*

S V M M A R I U M .

- 1 *Inimicitia occulta non ita de facili detegitur.*
- 2 *Pæna parricidij erat, insuebat in corio, cum gallo, cane, viperâ, simia.*
- 3 *Inimicitia est inter catam, & canem, ceruum, & serpentem, & eum, & Elefantem, inter Asellum, Taurum, & Lupum, inter Vulpes, & falcones, inter pernicem, & testudines, inter Turturam, & Coruum, inter Gallum, & Leonem inter Equum, & Camellum.*
- 4 *Inimicitia inter pisces, & in specie inter delphinum, & cætum.*
- 5 *Inimicitia inter accipitrem & quaglias, & inter omnes aues habentes rostrum simile*
- 6 *Inimicitia inter res inanimatas habentes animam vegetatiuam*
- 7 *Oliua plantata per mulierem peruersam moritur.*
- 8 *Odium an sit naturale ratione elementorum.*
- 9 *Aqua & terra, quæ sunt elementa frigida habent connexitatem.*
- 10 *Inimicitia an nascantur ex influxu stellarum & planetarum.*
- 11 *Inimicitia occulta quare nascatur ex affectu alicuius hominis.*
- 12 *Argumentum à minori ad maius validissimum est in iure.*
- 13 *Argumentum valet à maior ratione.*
- 14 *Argumentum prædictum an procedat in statutis quando interpetratio statutorum prohibetur per statutum ibi*

*In Verbo Diligite,
De inimicitia intestina.**Caput 8.*

- V P R A dixit de inimicitia manifesta, nunc vero de inimicitia intestina, & secreta tractabitur † quæ cum sit occulta, non ita de facili detegitur, ratio est admodum consideranda, cum habeat locū ne dum inter animalia, verum etiā inter homines hinc est, † Quid pæna pariedij olim talis erat, particida viuis insuebat corio vna cum Gallo Gallinaceo, Cane, Vipera, & Simia projicebatur in mari ad hoc, vt cum maximo dolore particida moretetur, vt habetur in lvnica C. de his qui parent, vel fili, occid. hodie vero non est in ysu, Bal. in d.l. vnica, & ibi Salyc. Dolor particida erat ob inimicitias vertentes, & conteriones existentes inter Canem, & Simiam, & inter Gallum, & viperam, inter quos adeat mortal is inimicitia, pro vt adeat inter † Gatam, & Canem, inter Ceruum, & Serpentem, & talis est inimicitia quod si eius cornū ureretur ab odore fugiunt serpentes, inter Elephanteum, & Serpentem, inter Asellum, Taurum, & Lupum, inter Vulpes, & Falcones, inter Coruum & Falconem pelagrum, inter Pernicem, & Testudinem, inter Turturam, & Coruum, inter Leonem & Gallum, inter Equum, & Camellum, nedium inimicitia adeat inter animalia terrestria † Verum inter pisces, Trote & Luzzi comedunt alios pisces, vitulus marinus comedit pisces, inter Delphinum & cætum, inter Lupū & Ovē, inter Murem, & Mastellam, † Inter accipitrem & quaglias, & inter omnes Aues habentes rostrum reuolutum, inferius, & non habentes rostrum simile, hoc est notandum, quod maxima inimicitia est inter pisces Scorpionem & cocodrilum, & talis & tanta est, quod se occidunt, dum signum Cancri regnat, † inimicitia ad est etiam inter res inanimatus, vel saltem habentes animam vegetatiuam & non, vt inter Picem & Oleum inter calcem & Aquam, inter Arbores & plantas herbas, † Nam Oliua plantata per mulierem peruersam moritur, inter Brasichas & Origanum est inimicitia, † Quid dicendum an odium sit naturale ratione elementorum, certe non nam si aqua est ini-

mica, signi, qui calidus & siccus, & aqua humida, & frigida,
 & licet sint contraria † Tamen Aqua, & terra ex quo sunt elementa frigida habent conexitatem, & si per sit conformis terrae quo ad cicitatem, differentia tamen est inter aeris calorem & frigiditatem terrae, licet elementa sint contraria, nihilominus simul permanent, sed respectu elementorum odium & inimicitia non est in prehabita denominatione, † Nascitur ex Stellarum in fluxu, & Planetarum, vt attestatur Plinius, Aristotiles & Albertus Magnus in lib. de animalibus xxj. xxiiij. † Praterea haec naturalis occulta inimicitia nascitur, dumtaxat ex aspectu aliquius hominis, non auditio eius colloquio, nec visa aliqua illius facti actione, haec est quedam proprietas occulta, de qua certa ratio reddi non potest, cum non omnium quae a maioribus constituta sunt, ratio reddi potest, I. non omnium ff. de legi, non ne habetur in simili Apostol. in cap. ix. ad Romanos, antequam nati fuissent aut quicquam boni, vel mali egissent, Jacob dilexi, Esau odio habui, si Apud Deum haec occulta proprietas ex aliqua causa de qua nobis non licet, habuit locum ex voluntate Dei, non est mirum si tales fructus in factura sua florent si odium & inimicitia nascitur ex occultis, ex quibus ratio non appetet, & homines incapaces remanent, multo ergo fortius manifestus inimicus diligi non potest, † Nam argumentum à minori ad maius validissimum est in iure, gl. & Card. in Clé. I. in prin. de reliq. & vener. San. & in clem. I. §. quae omnia de p̄n. † Argumentum valet à maiori ratione, prout in praesenti, casu in Auth. multo magis C. de sac. sant. Eccles. Sed an in statutis quando per unum statutum prohibetur interpretatio tutorum, Vide Paul. de Cast. in Consilio trigentesimo quadra gesimoquarto. Vbi etiam idem dicit de argumendo à patitate rationis, Bar. in terminis in l. omnes populi in xxix. col. in vi q. princip. in vers. vlt. queritur ff. de iust. & iur. Ideo à veritate arguendo, si contra non inferentem molestiam nascitur occultum odium, quomodo manifestus inimicus diligendus, reactus iste esset incompatibilis si diligere.

Responsio
Mil. Sac. in
B. j. eccl. 818

SYM

S U M M A R I U M.

- 1 Deus quos coniunxit homo non separat, quia à Deo Matrimonium fuit institutum.
- 2 Matrimonium fuit ad conservandos bonos mores constitutum, & ad cuitandam fornicationem, & scandala, & ad subolem procreandam.
- 3 Matrimonium est duplex expressum, & presumptuum.
- 4 Matrimonium hodie, quae uerba, & quas solemnitas requirit.
- 5 Matrimonium presumptum presumentur per cohabitationem quadrigenariam.
- 6 Matrimonium putativum habet priuilegium ad exactiōem dotis.
- 7 Donatio facta inter coniuges putatios non confirmatur morte,
- 8 Successio ab intestato inter coniuges putatios locum non habet.
- 9 Dotis titulus est onerosus, & ita titulus dotis putativa.
- 10 Matrimonium spirituale est fortius quam carnale, ut uidetur ex matrimonio Beatae Virginis, & Ioseph.
- 11 Matrimonium separatur ex multis causis ex adulterio, ex heresi, et Sodomia, & ut ibi.
- 12 Matrimonium ab Ecclesia connumeratur inter septem sacramenta.
- 13 Donatio inter virum, & uxorem fuit prohibita ne mutuo amore in uicem spoliarentur.
- 14 Maritus et uxor sunt duo in carne una.

De Inimicitia inter virum, & uxorem.

Caput. 9.

A T R I M O N I U M est de iure divino, & à Deo fuit constitutum vt habetur in Matth. in cap. xix. † ibi quos Deus coniunxit homo non separaret, vide etiam Angel. in §. nemo in auth. de trient. & semis. & Alex. de Immo. in conf. xlviij. in iiiij. part. cum a primordio fuerit institutum in paradiſo terrestri, vt habetur in cap. i. de vot. in vi. & Genes. in cap. i. postea vero de iure gentium primo, quo tempore gentes sine legibus, & moribus uiuebant, matrimonium erat incogitatum & omnes p̄sum ex quacunque nuliere nati legitimi dicebantur, vt dicit

B 2 tex.

tex. in auth. quib. mōd. nat. efficiuntur sui in prin. & in §. &
 2 licet successit postea ius genitum secundarium, † De quo Matrimonium fuit recognitum, & ordinatum ob bonos mores cōseruandos, & ad evitandum fornicationem, & scandalorum materiam, & vt quisq; recognosceret propriam sobolem, &
 3 quilibet haberet suam in vxorem, & dicendum est † Quod duplex est Matrimonium, aliud expressum & verum, aliud p̄sumptum, verum matrimonium est quando inter legitimas personas iuteruenit consensus legitimus de præsenti, & in habentibus loquela per verba consensus exprimatur, nam licet solus consensus faciat Matrimonium, † Hodie vero requirit Ecclesia verba ut accipio te in vxore meam, vel alia verba similia vel equivalentia consensum de præsenti exprimentia, ut in cap. tue de spons. sed Doc. in isto articulo sunt satis varij, nam Innoc. in d. cap. tue tenet quod quo ad Ecclesiam militantem verba sunt necessaria, quia ita voluit Ecclesia, ne tantū sacramētum esset incertum, Card. sequitur post multa sequitur istam opinionem, sequitur eam similiter Alexanderinus sub maxima distinctione Goffre. dicens quod in habentibus loquela corde, & verbo contrahitur matrimonium, Host. in sum in tice matrimon. in §. qualiter in 1. uers. dicit quod secundum vulgarem opinionem ista duo requiruntur, scilicet consensus, & verba † Matrimonium p̄sumptum p̄sumitur per cohabitationem quadrigenariam, Prepos. in cap. consultationi de sponsal. & est communis, † Adeat etiam Matrimonium putatiuum quod habet priuilegium ad exactionem dotis, l. si cum dotem §. si mulier. ff. solut. matrim. tamen fecus quo ad alia probatur in l. si concubina in prin. ff. ret. amo. & ex hoc verificatur illud quod dicit Bald. in l. eam quam circa medium C. de fidei com. ibi tenent † Quod donatio facta inter coniuges putatiuos non confirmatur morte, & allegat tex. singular. in l. cum hic statutus §. si sponsam ff. de donat. inter. vir. & vxo. Bald. in l. si voluntate C. eod. titul. † Pro hoc etiam successio ab intestato inter coniuges putatiuos locum non habet leg. 1. in vers. istud Matrimonium C. vnd. vir. & vxor. Quid autem ex testamento dic, vt in leg. vxoris maritus cum concordant, ibi allegatis in glos. ff. de usu fruct. leg. & in hac materia.

materia viderii potest materia glos. in leg. proculus alias incepit ancilla ff. de iur. dot. † Quæ dicit quod quicquammodum titulus vere dotis est onerosus, ita & titulus dotis putatiue, adeat † Matrimonium spirituale, quod est fortius, quam carnale, quod videri potest ex eo quia verum, & perfectum Matrimonium fuit inter beatam Virginem, & Ioseph, nam beata virgo contraxit matrimonium cum Ioseph, submittens se dispositioni diuine, dum proposuit se perseverarunt virginem nisi Deus alter reuelaret, & habuit ex reuelatione quod etiam Ioseph proposuerat conseruare virginitatem, cap. beata virgo xxvij. q. ij de matrimonio hoc nihil tangam, sed duntaxat diccam, † Quod matrimonium ex multis causis separatur, propter adulterium clar. in §. adulterium, cap. ex litteris de diuort. & etiam separatur propter haeresim, clar. in §. haeresis, separatur etiam propter Sodomiam cum sit vitium nefandum contra naturam, clar. in §. Sodomia, & attestatur hoc per omnes scribentes, separatur etiam quando matrimonium perpetratur inualidum, & tunc refricatur in dubium, an filij nati in matrimonio antequam fuerit declaratum per sententiam sint legitimi, & dicendum quod sic, cap. ij. qui filij snt. legitim. secus si post detractionem impedimentum coniuges perfuerant in cohabitatione, glos. & Card. in elem. 1. de consang. & affin. & quid si super eo dispensemur Bald. in l. ex libera ff. de fa. & legitim. Si † Matrimonium ab Ecclesia connumeratur inter septem Sacraenta, & Sacramentum consistit in verbis consensus de præsenti, & non in benedictionibus Sacerdotis, quæ sunt quiddam, sacramentale licet littera. in cap. cum Ecclesia de Simo. videatur presupponere quod in benedictionibus sit Sacramentum, quod debet intelligi Sacramentum pro sacramentali, & licet matrimonium absq; carnali copula sit Sacramentum uisionis Christi, & Ecclesia quæ est per charitatem, non tamen figurat illam, quæ est in naturæ conformitate, sed matrimonium consumatum utrumq; uisionem figurat, nam licet matrimonium non conformet passioni Christi quantum ad pœnam, conformat quantum ad charitatem, per quam pro Ecclesia sibi in sponsis coniugenda passus est Sacramentorum, prima causa est diuina virtus, quæ in eis operatur, causæ secundæ instrumentales sunt materiales.

operationes ex diuina institutione efficaciam habentes, & ita consensus in matrimonio est causa, & est forma sacramenti, Ideo sicuti consensus est tantæ vis, ita separatio quæ fit ex causa absurdâ, vt supra dictum parit odium, & inimicitiam inter coniuges † Hac enim etiam de causa donatio inter virum, & vxorem fuit, prohibita, Ratio fuit ne mutuo amore inuicem spoliarentur, l. j. & ibi Bal. ff. de donat. inter vir. & vxo. † Si maritus, & vxor qui sunt duò in carne vna à Deo coniuncti ob allegatas causas, non obstantibus sacramentis amore inuicem spoliantur, multo fortius qui profitetur honorem, habita inuria, ad amplectendam dilectionem transire non poterit.

*Respon. Mil
Sac*in lib. i.
cap. xlvi.**

S V M M A R I V M.

- 1 Honor non est idem in quacunq; persona, sed consideratur respectu professionis vel artis.
- 2 Honor Dei, alter est honor ciuis, alter nobilis ciuis; alter militis, alter ducis, alter professoris literarum.
- 3 Deus est solus scrutator cordium.
- 4 Amor clamat in aure Dei.
- 5 Deus cor, & operationes demonis existentes in peccato mortali videt & aum deiecit de Paradiſo.
- 6 Superbia est duplex, perfecta, & imperfecta.
- 7 Deus licet sit purus amor, & totus verus amor, tamen Demonem non diligit.

Honor non est idem in quacunq; persona.

Caput. 10:

NIMADVERTENDVM est quod
† Honor non est idem in quacunq; persona,
sed varijs diversiq; modis consideratur re-
spectu professionis, vel artis, quam ipse pro-
ficitur, cū in omnibus sit prius querendum
de personis, l. si queramus ff. de testam. &
in l. i. C. de procur. † Nam est honor Dei,
alter est honor ciuis, alter nobilis ciuis, alter militis, alter Du-
cis,

cis, alter professoris literarum, & alter diversæ professionis, & diversi gradus, honor ciuis stat in administranda iustitia, & in legum obseruatione, & morum ciuilium qui prudentia, & scientia, in iubendo, & parendo, non careat charitatemq; ha-
beat aduersus patriam pro communi beneficio, in nobili perso-
na consistit eius honor in liberalitate, in magnanimitate, in
Milite vero eius honor est in valore, in fortitudine, in obediē-
tia, in laborum sustentatione, in ordinum obseruatione, &
belli disciplina, Ducis autem honor cōsideratur ex eius scien-
tia belli, ex fortitudine, ex Temperantia, ex fide, ex consilio
ex diligentia, & vigilancia, ex calliditate, & grauitate, & in
seuitia addita humāitate in profitente literas honor eius est
ne careat scientia quam profitetur, Deus neglit Demonem
& odit, † Et quia Deus est solus scrutator cordium, gl. in l. i.
.ff. de interrog. act. Qui illud respicit, & non manum ideat
operationem, xiiij. q. v. cap. Si quid inuenisti Card. in clem. e.
xiui §. quam vis de verb. sign. vnde versus, non vox sed votū,
4 non cordula Musica, sed cor non clamor. † Sed amor clamat
in aucte Dei, vt per Gemi. post gl. in cap. decet de imm. Eccles.
5 tamen, † Quia Deus videt, & cor & operationes Demonis exi-
stentes in peccato mortali, eum dijcit de Paradiſo † Et ob-
eius superbiā perfectam, quia alia est imperfecta, quæ nō
ita officit anime saluti, in Inferno deportauit, licet prius esset
Angelus in gratia Dei, postea effectus inimicus, pœnas peccati
sui luit, & si Deus propter honorem suum, cum sit Dominus
Cæli, Terre, & Inferni, semper odio habet, habuit, & habe-
bit, † Et licet Deus sit purus amor, & totus nisi verus amor,
tamen Demonem diligere non potest, sed ab eo dilectio longe
abest, & cū homines etiā sint proni ad malū in proq; cle. &
ibi Card. in §. quoniam, & in cap. firmissima v. q. j. & cap. ado-
lescentia xxxij. q. ij. ex hac enim causa licet agant effectualiter
iuxta votum Demonis, tamen quo ad eorum volutatem illum
non diligunt, sed odiant, quid fortius non ne proper peccata
sunt inimici Deo, vnde nec Deus Demonem diligit, nec ho-
mines Deum, nec Demonem diligunt, nam si apud homines
adesset dilectio erga Deum, à peccatis se abstinerent, vnde ini-
micitia stat in robore suo abiq; spe aliqua uere dilectionis.

*Responsio
Mil. fac*in
lib. i. in ca.
xlvi.**

- 1 Patriam quilibet defendere debet.
- 2 Patriæ benefactores regulariter diuites sunt, et diuinitie exaltant homines ideo nō reprobando, eas igitur appetere cum bona conscientia licet.
- 3 Diuitia sunt tante vis, quod faciunt presumi potius pro diuite quod pro paupere.
- 4 Diues de damno infecto satis dare debet.
- 5 Diues & ignobilis varijs pénis puniuntur, et minori pena punitur unus quam alter nisi per nobilium contemneretur mandatum principis.
- 6 Nobilis de consuetudine Italica non suspenditur sed decapitatur.
- 7 Plebei vti pauperes non possunt habere dignitatem & si haberent officium, presumuntur illud affectasse, & ex eo bona acquisuisse quae habent non presumuntur.
- 8 Inuidia, & malenola voluntas est in paupere aduersus diuitem:

De inimicitia inter regentem Patriam & Plebem. Caput. xi.



ATRIAM † quilibet defendere debet Bar. in l.i. §. si. ff. de iust. & iur. & plene per Specul. de feud. §. quoniam vers. xvi. si omnes debent pugnare pro patria, vt cato in suis moralibus docet, illis igitur qui magna potestate fuguntur magis incumbit ob eorum autoritatē cui ceteri plebei de facilis aquiescunt aut ex quadam reverētia induit si horū propriū est defendere ciuitatem, & ipsi conceditur nō tam ob vires magnitudinis sue, vel quādīquā dignitas, verum etiam ob eorū intelligitiā, & scientiam, euēnit & saepius disposita per ipsos ab ignorantibus reprobatur, & reprobatio talis est, quod ne dum intendunt parere dispositionibus peractis, quantuncunq; essent patriæ proficuae, & utiles, quod ne dum linguis, verum etiam factis deturpant, & offendunt † patriæ bene factores, qui regulariter diuites sunt, & cū diui-

- diuitie exaltent homines, & sic diuitiae non sunt reprobate. Fely. in cap. ij. de test. eo maxime quod diuitias bono ordine, & bona conscientia licitū est appetere Fely. in d. cap. ij. † diuitie enim sunt tāte vis q; faciunt presumi pro diuite potius quā pro pauperē specul. de accus. vers. item excipitur, & de instrumen. edit. §. xiiij. vers. quid si heres, diues gaudet priuilegio, q; nō te netur satisdare, specul. de instrum. edit. §. xiiij. vers. quid si heres l. sciendū ff. qui sat. isd. cog. Alex. in l.i. eo. ti. vbi cōtra Paul. de Cast. † dicit quōd satisdatio Praetoria, vt de damn. infecto, & si mil. debet prēstari, etiam ab eo qui manifeste est diues & cū etiam diues & ignobilis varijs pénis puniuntur vt in l. capitalium §. non omnes ff. de pén. immo dicit Bal. quod nobilis minus punitur quam ignobilis, in l. nemo. C. de sum. trinit. & fid. cath. & plene habetur per Alex. l. pedius. §. i. ff. de incend. ruin. naufr. & per Bal. in ca. si quis vero temeratio de pac. iurā. firm. vbi dicit verum nisi quando per nobilem cōtemnitur mandatum Principis, uel quando esset famulus Principis, Bal. in cap. in super. i. col. de prohib. Fed. aliē. tex. i l.i. C. de procur. & hoc est verū quo ad pénā corporalē, sed contra quo ad spiritualem, car. in clem. i. §. pede heret. cōtra cap. vilissimis. i. q. i. & xl. dist. cap. homo Card. in clem. ii. §. notarij de heret. & lūmenalis omne animi vitium tanto conspectius in se. crimen habet, quāto maior qui peccat habetur, & per gl. xlivij. dist. cap. non cōguntur † Nobilis de consuetudine Italica non suspenditur, sed de capitatur, Bar. in l. capitalium §. serui. ff. de pæ. secus in francia quia hoc non seruatur, Bar. in l. desertorem. ff. de re. milit. ex istis enim causis † Plebei qui vti pauperes non possunt habere dignitatem l. rescripto §. idest, & ibi Oldrad. ff. de mun. & honor. & in Auth. de defens. ciuit. §. idest immo quōd si haberent officium, presumuntur illud affectasse, sed non presumuntur ex officio acquisiuissimæ, bona, quæ habent, l. Spadone. §. si non extiterit, & ibi Bar. ff. de excus. tat. † Tanta est eorum inuidia, & malenola voluntas, quōd in eorum visceribus formata est in essentia inimicitia talis, quod euelli non Potest ex quacunque rationabili causa, hinc est quod tacitè, & expresse formata inimicitia destrui, vel extirpari non potest, quomodo igitur isti incapaces rationis utilitatisque ciuitatis poterant diligi à benefactoribus, qui in omni tempore

Responsio.
Mil. Sac in
lib. i. cap.
xlvij

tempore vigilant, curant, student, laborant, sudant pro patriæ beneficio à plebè incognito, quæ duntaxat ex eius i gnauiā nihil aliud facere nescit, nisi garulare modo huc, modo illuc, nec aliqua ratio ab ipsis adducetur, nec andieretur, quod est valde considerandum, & ab honestissimis viris norandum, qui vere digni sunt excusatione, carentes illorum dilectione.

S P M M A R I V M.

- 1 Nobilitas est odiosa ignobili.
- 2 Nobilis ut habeat perfectam nobilitatem tria in eo, requiruntur, sit nobilis genere, virtuosus, & diues.
- 3 Verba debent capi secundum quod principem decet.
- 4 Nobilis exercens, mercaturam, villem, amittit nobilitatem, si ab arte desistit, eam recuperat.

De inimicitia inter nobilem, & Ignobilem.
Caput. 12.

A

D ostendendam † Nobilitate pergit, quæ ita ignobili odiosa est, quod apud ignobilem nulla syneresis viget, in qua animorum societas videri considerari possit cum benevolentia, nam ex sola opinione, non autem ratione ductus ignobilis, nobilem odit, & cum nobili odium sit manifestum, abstineat non potest ipse quoq; ab odio, licet odium, & inimicitiam simulet, sed videndum est, quis dicatur † Nobilis, ad perfectam nobilitatem tria requiruntur, quod quis sit nobilis genere, virtuosus, & diues, per tex. quæna mirabilem appellat Barb. in L nobiliores C. de comet. & merca. Idem Barb. in cap. accedens il. ij. col. i. ext. ut lit. non contest. vbi taxat Bar. quod non citauerit illum tex. in L. i. C. de dignit. lib. xiij. Vbi ponit tractatum de nobilitate, nobilitas est triplex secundum Bar. in L. i. C. de dignit. & Bal. in cap. prudentis Col. ij. de donat. ext. nobilitas est supernaturalis, de qua habetur j. Reg. cap. ij. qui cuncte honorificabit me, ego honorificabo cum, qui autem contem-

contempserint me erunt ignobiles, secunda nobilitas naturæ lis, tertia politica, qua distinguitur nobilis à Plebeio, isto modo communiter accipitur, Soci. in Conf. ccxlvj. in ij volu. & ibi adducit Paul. de Cast. Conf. ccxxvij. alias xxix Vbi dicit, quod si quis habebat potestatem legitimandi filios nobilium, intelligitur de nobilitate, & vulgariter accipitur, arg. cap. ex literis de sponsal. de quo d. Paul. meminit Barb. in cap. accedens allegato in col. ij. iii. prin. & ipsum reprehendit, dicens quod cum repeteret sacram constitutionem editam à Federico iij. incip. volentes in Regno opulentissimo Sciciliae, dabant hanc regulam, quod verba prolata à Iure consul. sunt intelligenda secundum communem modum loquendi ipsorum loris consultorum per glo. quam dicit esse singularem, in l. quod si nepotes ff. de testa. turel. facit gl. in l. i. C. de viii cum ergo dicat Princeps. sit monarchia iuris consultorum, † Verba ergo debent capi secundum quod Principem decet, & ita quod debet intelligi potestas ista concessa in ea acceptione nobilium, de qua in d. l. nobiliores, hec ratio in Regno allegato non concluderet per id, quod notat Bal. in l. nemo C. de lent. & interlocut. omni. iud. quando agitur de interpretatione confuetudinis parisensis, hec verba nobiliter debent intelligi secundum vulgarem acceptationem, maximè quia à vulgaribus consuetudo introducitur & ita hic habetur, quomodo sit accipienda nobilitas, hec enim vox nobilitatis sola prolata, sola nobilitas visa, & considerata ab ignobili tanti refert, quod nec videre, nec audire potest, & tanto magis augetur inimicitia intrinseca, quando ignobilis est effectus diues, putans cum ab arte mechanica destitisset, solis inspectis fortune bonis que possidet, effici patrem nobili, hinc est quod intestinum odium nascitur inter antedictos, sumptu. 4 hac occasione, pulchra quæstio insurgit, † An nobiles exercens mercaturas ignobiles, amittat nobilitatem, dicitur quod sic, sed quando desistit ab arte vili, recuperat pristinam nobilitatem cap. fi. de vit. & honest. cler. Guid. Pap. in decis. cxcvj. unde fuit dubitatum, si nobiles nobiliter viuentes excepto eo, quod laborabant in eorum possessionibus proprijs manibus, debeant gaudere priuilegijs nobilium, & fuit decisum quod sic, Guid. Pap. in decis. xlj, modo redeundo ad allegatum propositum stante opinione nobiles, qui se valde existimat, & stante opinione tis ex.

Reson. Mil.
fac. lib. incap.
xixij.

ignobilis, qui aut est impotens, aut potes facultatis ex hac potissima causa opinio his, hinc & inde a partibus oritur inimicitia talis, quod dilectio longe à cordibus eorum abest adeo quod in exilium ita missa sine spe reuersionis, & liberationis est.

S V M M A R I V M .

- 1 *Milites amant, & cupiunt bellum, propter commoda pacis amatores odio habent.*
- 2 *Pax dicitur vinculum charitatis.*
- 3 *Pacem facere ad iudicium Ecclesiae spectat.*
- 4 *Pax & concordia differunt.*
- 5 *Miles cum minori numero testimoniū potest item testimoniū non rogatis non cogitur instituere vel exheredare cum multis alijs priuilegijs vide ibi.*
- 6 *Miles est suppositus multis vinculis, & pénis.*
- 7 *Militantes in castris non possunt esse procuratores sicut vel caesari miles militiae.*
- 8 *Bella quando dicantur licita*

De inimicitia inter Milites et Pacis amatores

Caput. 13.

- 1 **L I T E S** ex propria natura & vsu amant cupiunt bellum, & in specie hoc faciunt propter commoda qua recipere solent ob predari & lucrum q̄ faciunt, dum artem militare in expeditione exercitent ob sonitum tamburi maxima latitia afficiuntur parique mestitia afficiuntur, dum domi permanent, per consequens pacis amatores odio habent † Et si pax dicatur vinculum charitatis, quam quidem pacem in Repub. Christiana florente Papa procurare potest, & debet, Card. in clem. durum §. i. de sepult. † quia ad iudicium ecclesiae spectat pacem facere, xc. dist. cap. incipimus cum gl. & cap. treugas de treug. & pac. † Et hic notandum quod pax & concordia differunt, quia pax est genus, concordia est species, Angel. & Alex. in l. i. ff. de pac. unde dicunt quod statutum de pace habenda non verificatur in cordia
- 2
- 3
- 4

cordia, & licet † Miles possideat hanc bellandi cupiditatē, tamen si habet multa priuilegia circa ius testandi, est etiam suppositus multis legibus rigorosis, & priuilegia sunt hec, quod coram minori numero testimoniū testari potest, item cum testimoniū non rogatis, Item non cogitur instituere vel exheredare filium, Item eius testamentum non rumpitur agnatione sui, Item potest instituere in Codicillis, item eius testamentum facilius confirmatur, & infirmatur, Item potest Pupillo testari, & non fibi, Item substitutio Pupillaris confirmatur sine aditione, Itē cū duob⁹ testamētis potest decedere, Item testatur etiam si est damnatus criminē capitali, Item testatur etiam si dubitat de statu suo, Item testatur etiam si est mutus, & surdus non si pupillus, vel seruus, hostium, Item instituit Incapacem, Item sufficit esse capacem tempore mortis tantum, Item potest instituere amasiam vel meretricem, Item facit heredem in re certa, nec trahitur ad vniuersa bona, Item potest decedere pro parte integratus, Item potest substituere directo etiam extraneo, Item substitutio in suo testamento aliqua trahitur ad directam, Item verba enunciatiua in suo testamento disponunt, Item substituit directe Emancipato, Item grauat heredem ultra dodrantem, Bal. in l. milites C. de testament. milit. & Bar. in l. neque enim: ff. eod. tit. Host. de Testam. §. iij. † Miles tamen est suppositus multis vinculis, graue crimen comittit si se militem tribuat cui non licet, l. militum ff. de re. milit. si miles esset tempore belli defector vel a signis se absentauit punitur olim pénis statutis, & pena huiusmodi militis erat castigatio pecuniaria, militia munierum interdictio, militiae, mutatio gradus, deiectione, ignominiosa missio, nam & in metallum aut in opus metalli miles non dabatur, nec torquetur, hodie vero loco prædictarum pénarum Duces exercitus hos milites contrafactores faciunt suspendere, is qui in exploratione remanet hostibus insistebus, aut qui a fossato recedit, capite punitur, si præsidis aut cuius vis prepositi ab executione quis desistat peccatum: desertoris subibit, si ad diem commeatus quis non veniat, perinde in eum statendum ac si emansisset vel deserisset, pro numero temporis facta prius copia docēdi nunc forte casibus quibusdam detentus fit, propter quos venia dignus esse videatur qui militiae tempus in defer-

desertione impleuit merito priuatut, si plures simul primum de seruerint, deinde intra certum tempus reuersi sint, gradu puls in diuersa loca distribuendi sunt, de tyronibus parcendum est, qui si iterato hoc admiserint, pena competenti afficiuntur, Is qui ad hostes confugit & redijt torquebitur, ad bestiasq; vel in furcam damnabitur, qui voluit transfugere, apprehensus est capite punietur, sed si ex improviso dum iter quis facit capiatut ab hostibus inspecto vita eius precedentis actu venia ei dabitur & si expleto tempore militiae redeat vt veteranus restituetur & emerita accipiet, Miles qui in bello arma armis vel alienauit capite punitur humanam militiam mutat, qui aliena arma surripuit gradu militiae pellendus est, si in bello rem prohibita à Duce fecit, aut mandata non seruauit, capite punitur, si res bene gesserit, sed qui agmen excesserit ex causa, vel sustibus ceditur, vel mutare militiam solet, nec non & si quis vallum transcedat, aut per murū castra ingrediatur capite punitur, si vero quis fossa transiuit militia rejicitur, qui seditionem atrocem militū cōcitatuit capite punitur, si intra vociferationem aut leuem querelam sedatio mota est, tunc gradu militiae rejicitur, & cum multi milites in aliquod flagitium conspirent, vel si legio deficiat ad uocari militia solet, qui prepositum suum protegere voluerit occiso eo capite puniuntur, multe ex istis penis, non sunt in usu, aliquę vero sic, loco aliquarum penatum quæ non sunt de conuentidine, pena tritemium, pena trium iecus finis, pena furca imponitur, de quibus penis, & trasgressionibus habetur per tex. in l. iij. ff. de re milit. imponitur etiam pena capitis præpositis & tribunis, qui tempore expeditionis militibus commeatum dant. l. i. & ibi Bar. C. de comment. libr. xij. milites multis legibus ligati sunt, militari dignitati non conuenit illicita postulare, l. pe. & ibi Bal. C. commu. rer. alien. † Militantes in Castris non possunt esse procuratores sicut nec miles celestis militiae, Bar. in l. si lius familias §. veteran. ff. de procur. dicit ibi Bar. quod possunt repelli officio Iudicis, Specul. de offic. omn. Jud. §. iij. in h. & de procurat. §. i. vers. Item excipitur Bar. in l. milites C. de procur. Io. And. in cap. si forte de elec. quod pars non potest expresse consentire militem fore procuratorem aduersarij, sed tamen potest tacite litem contestando, verum in tem suum potest esse procurator, l. qui stipendia, & ibi Bar. C. de procur. & sic nomine pro-

trio, vt ibi & Card. in clem. iij. ij. oppos. de procurat. inter has leges seuerissimas arbitratur, quod miles non seruans mandatum Imperatoris belli, licet benefaciat, punitur, l. iij. §. in Bello. ff. de re. milit. xj. q. ij. cap. quid' ergo de consecrat. dist. v. cap. oportet xij. q. ij. cap. quatuor. Card. in cleme. iij. opp. iij. de procurat. non obstantibus tot strictioribus legibus quibus subiectus est, nihil minus tanta est eius affectio, quod in quocunq; tempore bellū desiderat vt excubis gaudere valeat, & vt secundum eius voluntatem eueniat sue egestati fortuna propitia, & ita cum in hoc continuo studio vitam ducat impossibile est odieates bellum, & pacem amantes diligere, immo talis est intentio eorum firma, & stabilis, quod non considerat an bellum sit iustum, vel iniustum, contra infideles bellum est licitum, Bar. in l. i. C. de paga. quia terram Sanctam occupatam tenent, scilicet Hyerusalem promisam Abrahe, & semini eius, In quo. ia cap. quod super ia ij. col. in glo. in vers. pro defensione in vers. potest etiam indicere Bellum de vot. † An bella sint licita & quando dicantur vide Bar. in l. ex hoc iure col. i. vers. quero quae sunt bella licita. ff. de iusti iur. & ibi Alex. in l. hostes in iij. col. in vers. hoc premisso. ff. de capt. & post lim. reuer. soli cupiditati dat operam ob lucrum, nec vitam curat, ideo profitentes diuersam opinionem, diligere non potest.

Responso
Mil. fac. in
lib. i. cap.
xliiiij.

S V M M A R I V M.

- 1 Tueri veniant ad rixam cum faxis & baculis.
- 2 Homines sunt malii à natura.
- 3 Amare, amor non est aliud quam uelle id quo caret.
- 4 Aetas qua excusat à delicto.
- 5 Victoria soli Deo attribuenda.
- 6 Bellum homines faciunt Deus vitoriā.

*De inimicitia inter Pueros**Cap. 14.*

D bellum puerorum adolescentiumquæ natura ita prona est, quod in omni tere ciuitate ad est consuetudo † quod in multis diebus festiuis veniunt ad tixam inter ipsos & modo saxis modo baculis, modo armis vtuntur † homines sunt mali à natura quia non diligunt, sed odiunt, ipsi diligunt partein sensualem vt repugnantem rationi, leipsoſ penitus exponentes cōcupiscentijs, & passionibus, xlj. di, per totum lxxxi. dist. cap. tanta xlviij. dist. cap. omnes & cap. sicut hic homo malus non debet se ipsum amare, mortaliter loquendo amore complacentie & delectatiuo, hoc probatur nam taliter amare, non est aliud quam mores tales sibi placere, malus homo maxime debet se ipsum amare amore desiderantis † hoc probatur nam amare amo re non est aliud quam velle sibi bona adesse, quibus ipse caret sed malus homo debet appetere bona simpliciter scilicet virtutes, quibus caret, sibi adesse hoc probatur, nam illud debet appetere propter cuius non euentum redditur culpandus, & puniendus, l. sancimus C. de pe. cap. quæsivit de his que si. a mario. part. capit. hoc enim ab istis prepositis non consideratur, sed duntaxat habetur consideratio fouende inimicitiae orte inter ipsos pueros, ortos in vna & eadem ciuitate, & pariter educatos, in eadem commorantes, sub vna, & eadem lege, vni soli Principi, & Deo seruientes, Vcnetijs talis est consuetudo, quod in quibusdam diebus festiuis bellum geritur cum baculis, inter Castellanos, & dicantur Castellani quia commorantur in contrata Castelli, in capite inferius Venetiarum, & ilios de canali regio eorum pugna fit super quodam pôte, modo ad corpus pro parte modo ad binos modo cateruat im modo cu. flota ita impetuosa, quod multi moriuntur † Sed an ætas excusat a pena delicti clar. in q. 60. vnde infiniti nobiles capti amore patrum in locis eorum confabulationum aliqui videntur ita mestri, & afflicti, & aliqui ita leti, & iucundi, quod est impossibile tantam rem audire, sed de prelijs quæ qualiter in panam peccato-

rum accident, & à Deo bono, & iusto proueniant, in vindicta malefactorum, & pacientiam bonorum, longum esset enarrare, quia tota sacra Scriptura plena est, vnde & li plura bella a malis hominibus vel a Principe tenebrarum concitetur, & a Deo permittantur † Victoria autem belli, non diei sed soli Deo attribuenda, patet, attribuere tantum opus ut est victoria diei, est tollere honorem Deo debitum cuius est vincere, quod autem victoria sit solius Dei habetur in multis locis sacre Scripture vt in libris Iosue, Iudicium, Regum Paralipomenum, & Machabeorum hoc testatur Salomô Proverbiorum xxi. cap. sic dicens, & quis paratur ad diem Belli, Dominus autem salutem tribuet, inde est quod Rex deuotissimas David quotiescumq; pugnatus erat, auxilium Dei quesisse, & innocasse legitur inde proverbium, † Quod homines faciunt bellum, Deus victoram, ex quibus cōcluditur quod obseruatio dierum ad faciem aliquid effecit qui rationabiliter expectari nō potest, a Deo miraculose operâ te nec a causis naturalibus debet apud Christianos haberis superstitionis, & suspecta, de secreto pacto implicito, vel explicito cum Demonibus, & ista est doctrina Sanctorû Doc. præsertim Augustini in pluribus locis quib' has obseruationes valide condemnavit vt in v. de Ciuitate Dei iij. confessionum secundo de Doctrina Christiana, & recitantur multe in decretis, xxvi. q. v. & q. vii. pluribus capitulis hęc dicta sint cum p. huiusmodi verba euentus rixe antedictorum pertractatur ab illis, qui tantum affectum prestant partibus rixantibus, Veronæ autem sub eadē lege & conditione pueri saxis pugnant, cum frombulis etiam, et talis est inimicitia inter illos ex burgo Sicti Zenonis, & illos ex corpore Ciuitatis, quod est quodam mirandum, & vnde hoc, quod ferè in quacunque Ciuitate Italie, vel saltem in pluribus hoc genus bellandi est in vñu, isti enim pueri mouentur ex naturali motu honoris, cui' virtus est querendi præfle alijs, & alios excellere, Ideo non est mirum si etiam inter pueros dilectioni non est locus,

*Responſio
Mil. fac. in
lib. i. cap. l*

S U M M A R I U M.

¹ *Sapiens non diligit inspicitem.*

² *Mundus per scientiam illuminatur & per ignorantiam fit tenebris.*

- 3 Scientia est ibesaurus qui non inuenitur nisi per perscrutationem.
- 4 Scientia facit hominem priuilegium.
- 5 Salomon non diuitias non longa tempora vitæ, sed sapientiam à Deo petiit.
- 6 Scientia est utilis Ecclesie, & seculo.
- 7 Sapientia est fundamentum honoris, et ignorantia est terminus ignominiosus.

De Inimicitia inter sapientem & Ignarum.

Caput. 15.



- X differentia sapientis, & indocti, nascitur inter ipsos discepatio talis; † Quod sapiēs diligere non potest insipientem, nam regula iuris est quod omne simile appetit suum simile, scietia quelibet vult totum hominem Bal.in l.f.i.g.i.C cōmūnia de leg.homo ergo est penitus ligius scientiæ animum suum ad aliū trasferre non potest, hac enim de causa quia scientia facit hominem superbum, Bald.in tract.
- 2 Schism.vlt.col.Bat.in l. vt responsum C.de trāfāc. † & ratio esse potest, cum per scientiā mundus illuminetur, & per ignorantia sit tenebrosus: hoc dicit Bal.in Auth.habita C.ne fil.pro pat. in iiij.col.videri potest Bal.in proemio. fforam in iiij col.Vbi dixit
 - 3 † quod sciētia est sicut Thesaurus, qui nō inuenitur nisi per perscrutationem Francisc.Aretin.in l.prouidendum C.de postula.
 - 4 † Quia scientia facit hominem esse priuilegium in patria, & extra leg.sed reprobari §. 1.& ibi Bat.in prin.ff.de excusat. tut, & quando quis scientia bene vitur, patriæ cælestis fit dignus, hinc est quod David prius ex gratia spiritus sancti donum scien-
 - 5 tiae percepit, & postea administrationem fecit⁹ est, † Salomon quoq; non diuitias non longa tempora huius vitæ, sed sapientia à Deo petiit, & Impetravit, hinc etiā Dominus prius ponit verba sua in ore Prophetæ, & postea constituit eum super gentes, dicēs ad Hyeremiam ecce dedi verba mea in ore tuo, hinc etiā, Malachias labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirunt de ore eius, tex. est elegans in §. ecce trigesimal sexta distincta facit etiam text. singul.in capitul. bonæ el 1. de postul.
- prælat.

6 prælat. † Quisq; igitur desiderare debet scientiā, cum ex ea causa sit utiles non solum Ecclesiæ, verum etiam seculo, sapiens gaudens tanto munere Sapientiæ, † Cum sapientia sit fundatum honoris, & ignorantia sit terminus ignominiosus, honor, & ignominia sunt diuersi generis, & speciei, nam quot sūt ignorantes, tot hostes sunt, Specul.in tit.de aduoc. §.vi. versic. vel ita sapientes vero sunt in contrarium, immo sunt in tanta reuerentia apud populares, quod licet non ignorent à sapientibus non diligi, sed odio prosequi, nihilominus cum sapientes essent damnati ad bestias, si fauore populi preses non dimittebat eos saltem Principem consulere debet, exhiberi Populo Rom.leg. ad Bestias. ff. de pæn.scientia & ignorantia sunt cōtraria in omnibus quacunq; re, scientia tendit ad altiora, ignorantia ad inferiora & si populus oret pro damnato est ob eius utilitatem, sed nunquam videbitur sapientes diligere ignorantes eorum honori dilectio talis non conuenire videtur, hæc est species inimicitiae in qua respectu rerum & morum diuersitatis dilectio residere nō potest.

*Respon. Mil
fac lib. 1 cap.
li.*

S V M M A R I Y M.

- 1 Prudens non diligit furiosum.
- 2 Consiliarius Principis debet esse purus.
- 3 Furiosi, & mente capti differunt, nam unus cum rabie, alter sine.
- 4 Furiosus projicit lapides vel panem.
- Item qui clamat per Ecclesiam praesente populo.
- 5 Furiosus equiparatur ingnoranti.
- Item prodigo, item mortuo, item absenti, item minori.
- 6 Furiosus an peccat puniri de delicto commiso ante furorem.
- 7 Furiosus fugiendus est.

*De Inimicitia inter Prudentem, & furiosum.**Caput. 16.*

ONTINVANDO pariter propositum allegatum affigit pedem in seculari opinione, quod non posse inimicus diligi, qui talis dici potest, qui mecum, non est, contra me est, nec dum inimicus expressus, sed tacitus qui dici potest inimicus ex professione, & causa diuersa, † Vnde qui prudens est, nunquam furiosum diligit, ratio esse potest, quia prudentia habet donum correspondens, puta Consilium, habet etiam partes profecto integrales, ut sunt ratio, intellectus, circumspectio, prouidentia, docilitas, cautio, memoria, & eustochia idest solertia, de qua multa considerantur in rebus publicis. Item subiectius ut est illa prudentia per quam aliquis se ipsum regit, & aliam per quam regit multitudinem, & haec diuiditur in politicam, regnatiuam, militarem, & inconomicam, Item potest summi largius prudentia ut includat in se Speculatiuam, & tunc partes eius congrue ponuntur dyaletica, Rhetorica, & Phisica, item sunt potentiales embulia idest rectitudo consilij, & gnomyn, idest prespicuitas Iudicij, & Synderesis idest rectitudo Iudicij, sed praecpta prudentiae data non sunt, sed soli preceptu prohibitiuum, sed ne fiat astutia, & hec debet esse in quolibet bono consilio, nā secundū Io. And. in c. quāto de iur. iur. † Cōfiliari? Principes debet esse purus, vndeque iustus, optimus & cōtētus, his quae dā tur sibi à fisco, vel à Principe, alias debet repellere, & idoneus subrogari, ibi .n. Papa vocat malos Cōfiliarios deceptores Regū, idem tener Mar. laud. in q. viii. de cōsil. Princ. & Paris de Put. in tract. Synd. de exce. Cōfiliario. regū, † Cōtrarius prudētē est furor, & licet differat furiosi, & mēte capti, ut pet Bal. in l. si furiosi C. de nupt. & in l. ij. C. de cur. fur. Angel. & Imo. in l. ex facto xlij. col. ff. de vul. & Pupill. & Bal. in l. humanitatis col. iiij. C. de Impub. & alijs sub. dicūt quod furiosus dicitur cū rabie, mēte captus sine rabie. & furor. dicit in eo qui habet voluntatē in habitu, licet non in actu Inn. in cap. i. de Bapt. Bal. in marg. vers. furiosus Itē qui eligit malū cū possit eligere bonū. Itē qui legat impossibilia, in l. Apud Julianū in f. ff. de l. j. † Item qui projicit lapides, vel panē, gl. & Doc. in l. si cū dotē §. si autem in seuissimo & §. si maritus ff. solut.

ff. solut. mat. & l. ij. C. de Iudeis nisi projiciat eaū defendendi se secundū Lud. Pont. in singul. in verb. furiosus Alex. in conf. liij. prima part. Item qui clamat per Ecclesiam presente populo, per not. in l. quidam in suo ff. de condit. institut. & in l. ob que vitia ff. de edil. edic. & in d. l. ij. C. de Iudei. & in eo q. stule loquitur l. is qui §. diu. ff. de tut. & cur. dat. ab his & ibi Bar. & idem Bar. in l. ij. ff. de bon. poss. infant. fur. mut. & in l. ij. ff. de testam. & gl. in l. nec codicillos C. de codicill. lanfranch. in cap. q. oniam contra de probat. gl. xvij. q. ij. cap. consaldu s xlvi. distinctio. c. i. c. fi. de successi. intest. Host. & Card. in clem. i. de homicidio, q. probatur ex dictis & factis, Alexand. in l. furiosum C. qui test. facere possit. † hinc est quod ex istis satutatibus furiosus equiparatur ignorantis, l. filius familias la. i. & ibi Bar. ad fi. ff. de testam. Item prodigo, l. i. & ibi Nic. de Napol. ff. de cur. furio. Bar. in l. is cui lege. ff. de testam. nisi in casu de quo pet Bal. in l. furiosum in fi. C. qui testam. facere possit. Item mortuo, Bald. in l. humani C. de Impub. & alijs subst. l. si quis alicui. ff. de acquir. heredit. Franc. Aret. in l. ex facto. ff. de vulg. & pupill. col. pen. Item absenti, l. sed si vnu s. filio fam. ff. de iniur. l. ij. §. furiosus & ibi Bar. ff. de cur. codicill. Bar. in l. i. §. dari autem ff. de procur. & in l. ij. §. ff. sol. mat. Bal. in l. furiosum C. qui testament. fa. possit. sed an prodigo in delictis, gl. in l. si quis in tantā C. vnd. vi Nic. de Napol. in l. i. C. de curat. furio. Item infanti Specul. in primo & fecu. de creto Item minori & Pupillo etiam quo ad priuilegia, Alexand. in leg. Fulcinus §. adeo. ff. ex quibus cauſ. in possit. eat. Bal. in leg. certum colum. decima C. vnd. cogn. & an habeat Priuilegium minoris, vi de Fely. in capit. cum non liceat de prescrip. circa prin. in tertia column. † Sed an furiosus possit puniri de delicto, vel homicidio cōmisso etiam ante furorem, & dicetur quod non Bal. & lac. Alua in cap. an ille qui interfecit fratre D. sui nisi cōstaret de simulatione furoris leg. obseruare C. de cura. furio. leg. Diuus. ff. de offic. presid. Bal. in leg. si furiosum C. qui testam. facere possit. Cepoll. in Cau-tel. octaua, & est verum etiam si ante furorem fuit condemnatus, secundum Bar. in leg. ex facto in sexsta column. ff. de vulg. & Pupill. sed eius bona confiscantur, secundum Bald. in d. l. si furiosum, vnde si prudens dicitur quasi pro videns, & interdum sapiens, interdum sciens, hinc est quod iuris prudētes

Vocantur qui ius non ignorant, & iuris prudentia iurisscientia, hoc tamen inter se differunt, si prudens est qui intelligentia sua aliquid cognoscit, sciens qui alterius iudicio rem percipit, id est prudens per se, sciens per alios, Teren. in eunu. & prudens sciens viuus videntque pereo, sic imprudentia pro insipientia, & in scientia, August. de libr. arbit. prudentia sicut docet, Macrob. est ad rationis normam, quæ agit vniuersa dirigere, ac nihil preter rectum & laudabile facere, si partes prudentiae sunt ut supra dictum fuit, ratio intellectus, circumspetio, prouidentia, docilitas, cautio, & hinc est quod Socr. omnes virtutes putabat esse prudentias, Aristote. ait impossibile esse prudentem esse quempiam, nisi sit bonus, & prudentis est bene consilere, idcirco Plat. dixit de leg. prudentiam omnium virtutem ducem.

7 esse, si prudens talis est, qualis descriptus, † Et si furiosus est furiendus tanquam ira rabie infusus, cum ordo, & forma bene vivendi sit in eo confusa, & in alio diffusa gratia prudentiae est, gratia & disgratia pariunt diuersos effectus, cum una respiciat se. sum perfectum, & alia imperfectum, huincemodo instru- mentorum corda vire non est nostrum, sed Summi Patris, qui sola potentia agere potest, vt prudens furiosum aut mentem caputum diligat quia viuentibus in suo robore inter eos natura- lis, inimicitia viget.

S U M M A R I V M.

- 1 Religiosus non potest diligere peccatorem quia eorum corda discrepant.
- 2 Peccatum origine non tollitur per Baptismum, quo ad sui essentiam, sed mittatur ne quis damnetur.
- 3 Peccata venialia delectantur multis modis.
- 4 Peccatum veniale sit mortale ex consuetudine.
- 5 Peccatum veniale si non priuat quem vita eterna, tamen differtur executione donec sit purgatum in purgatorio.
- 6 Peccatum mortale sit contra naturam.
- 7 Peccatum in Spiritum Sanctum est irremissibile & dicitur tribus modis.
- 8 Peccatum mortale infamat.
- 9 Peccatum an committat qui precepta legis veteris scrutat.

Religio-

10 Religiosus dicitur tripliciter.

11 Religiones approbate sunt quatuor Basilij Benedicti, August. Fracisi.

12 Religiosus esse non potest nisi habeat obto conditiones alia quinque requiruntur.

13 Sensus sine consensu Domini non potest intrare Religionem.

14 Causa & causatum est eiusdem naturæ.

15 Deus communatus est contra populum propter furum.

16 Religiosi non veniunt appellatione populi cum habeatur pro mortuis

De Inimicitia inter Religiosum et Peccato-rem. Caput: 17.



V A M durissima & ardua sit proposito dili- gendi inimicos, hucusq; videri potest, ex ar- gumentis allegatis respectu perlönarum, quæ secularem honorem profitentur, sed si in illis tantæ potentiae & auctoritatis est vox hæc ho- nor quasi suprema hominis gratia, non ne ma- gis existimandum erit quod ille qui profitetur honorem Dei, odio prosequatur peccatorem, certe quod non est in dubium refricandum, † Ideo Religiosus vere est amator Dei nō potest oculis internis videre, nec audire, ac diligere, pec- catorem, nam unus cælestibus, alter terrenis rebus incumbit, vnde sicuti altiora & inferiora distat, ita eorum corda discrepant, sed ob que peccata religiosus odit, peccatum est triplicis gene- ris, quoddam dicitur originale, quod nihil aliud est nisi caren- tia iustitiae originalis debitæ in primo parente acceptæ, secundū Ansel. in lib. de conceptu virginali, & istud est omnino inuolu- tariū & in vniuersali, & in particulari, & propterea potest remit- ti sine actione, & passione, voluntatis illius in quo est, vt per Ba- ptismum, de quo in cap. maiore de Baptis. † Peccatum tñ origina- le nō tollitur per Baptismū, quo ad sui essentiam, sed mitiga, ne quis damnetur gl. in cap. si concupiscentia xv q. i. de conf. dist. iiiij. c. ij. sed quo ad istud peccatum Religiosus nō odit peccatorē, cū & ipse sit in eadem nauī, ex quo conceptus est in peccato origi- nali, pro vt fuit omnes homines, quoddam dicitur peccatum ve- niale & istud aliquā est voluntariū voluntate propria, & simpliciter

sicut quando ex deliberatione quis dicit mendacium iocosū, xxij. q.ij.cap. primum aliquā vero partim est pēna, sicut motus in ordinati qui oriuntur ex corruptela preuariationis Ade, partim vero est culpa, quia licet non sit à voluntate propria antecedente oritur in a voluntate cōcomitātē, & non prohibente, vel nō precauente, cū possit prohibere, vel precauere tales motus inordinatos, & de istis sunt exempla, xxv.dist. §. alias & ad remissionem eius concurrunt tria, scilicet pēna presens, gratia comittās, & meritum antecedens, † Peccata igitur venialia delentur multis modis, per Eucharistiam, per extremam vñctionem, & per aquā benedictā aspersionem, Card. in Clem. i. in prin. ix. q. in fi. de priuileg. glo. fi. & Doc. in proem. vj. lib. per benedictionem Episcopi vel Archiepiscopi populo datā. Car. in clem. ij. in prin. & ibi not. eo. ti. considerandum tamen est, † quod peccatum veniale fit mortale ex consuetudine, Abb. in cap. Testimonium de testi. xxv.dist. §. criminis. † Et licet illud peccatum veniale non priuat quem vita eterna, tamen differitur eius executio, donec sit purgatum in purgatorio, Fely. in cap. si vero in i. col. vers. in ea glo. de iuri. iuri. nec ex hoc peccato contrahitur inimicitia inter antedictos, quedam sunt peccata mortalia, & sunt septē de quibus per glo. xxxij. q. vij. cap. nō solum & dicitur † Peccatum mortale quod fit contra naturam, xxij. q. iiiij. capit. inter cetera, † Adeſt etiam peccatum in Spiritum Sanctum quod est irremissibile, vt tenet Bar. in l. qui ea mente in vltima col. ff. de fur. glo. xxv.dist. capit. Equalis, quod dicitur peccatum in Spiritum Sanctum tribus modis, in Spiritu Sancto, quando obstinatus peccat in cōtemptum, & tunc dicitur peccatum irremissibile, quia nō de facili remittitur, peccatum in patre dicitur quod fit per impotentiam, peccatum in filio fit per ignorantiam, & ista remittuntur vt in glo. ordinaria, de confec. dist. j. adeo quod peccata mortalia, & peccata in Spiritum Sanctum quae non remittuntur, sunt valde consideranda nam animam inquinant, non enim est mīrum, si religio & peccatum vt diuersi voce, re, & effectu, & innicem contrarij sint absque dilectione inter se, eo maxime, † Quod peccatum mortale infamat, & Bal. in l. fi. C de infam. glo. not. in capitol. Omnes vero sexra quāst. prima capitol. preceptū xxxij. quāst. v. cap. testimonium de testi. & ibi Abb. cap. illi qui vi. q. i. Specul. de test. §. j. in vers. Item excipitur, & propterea

propterea peccatum mortale repellit testem à testimonio glo. & Bar. in l. iij. §. lege. ff. de testi. nisi peniteat Specul. eod. titul. §. j. uers. sed quid in crimen hæresis, additur in vers. Item oppo. quod est criminosis, & hoc fecundum eum probabitur per facer dotem cui confessus est, per cap. nemo de Simon. & l. dist. cap. in capite Lanft. in cap. quoniam contra vers. testes vers. tertio quarto nūquid existens de probat. capitol. penal. de testi. sed non omne peccatum mortale repellit, vt quia testis dicat se inimicū partis vt evitet onus testimonij, & mendacium dicat, quia peccat mortaliter, xxij. q. ij. ca. ne quis, & tamen non repellitur, tex. singul. Secundum Abb. in cap. Inquisitionis de accus. additur tamen quod Papa possit facere seu dispensare quod constitutus in peccato mortali nō repellatur à testimonio, Specul. in t. de test. §. i. vers. sed queritur cap. cum i & A. de re. iud. & per Fely. in d. cap. Inquisitionis, † In hac subiecta materia cadit dubium, an si quis seruaret omnia precepta legis veteris peccatum committeret, sed videantur quæ precepta, tria erant genera preceptorū, quedam moralia, quæ sunt de dictamine legis naturæ, vt sunt precepta decalogi, quedam sunt figuralia seu mystica, quæ aliud significant preter id quod litera sonat, horum alia sunt Sacramentalia, sicut illa de quibus ratio reddi potest, quia ad literam sic precepta fuerunt, vt de circuncisione, & de obseruatione Sabbatū, alia ceremonialia sicut de quibus ratio reddi non potest, quia re sic precepta fuerunt ad literam, vt illud non Arabis cum Bonue, & Afino, & huiusmodi, & de istis not. gl. j. §. hijs itaq; respon detur vj. dist. quedam sunt iudicialia, vt illa quæ in decisione causarum sunt determinata, vt exod. cap. xxi. & sunt determinaciones iusticie inter homines seruandæ, & hodie figuralia tam sacramentalia quæm ceremonialia si tantum nō sunt seruanda, sed etiam sunt peccatum mortale, post Christum ipsa seruātibus, vt talia precepta vero iudicialia sunt mortua, quia non obligant, nisi ille qui habet potestatem, statueret obseruanda, quia tunc nō obligarent, vt iudicialia legis antiquæ, sed vt ius Canonicum, vel Ciuale aut municipale, moralia autem precepta omnia comprehenduntur in decem preceptis decalogi, quæ ponuntur Exod. ca. xx. Clarū est quod qui voluerit discedere à rito S.R.E. erit à religioso ne dū odio habend⁹, verū à iudice puniēdus⁹ Religiosus autem dicitur tripliciter, primo largissime, & sic est quilibet Christianus.

Christianus, cap. pro humano de homicid. lib. vj. dicitur Christiana religio, secundo large & sic comprehendit omnes clericos secularis, & omnem Christianum honeste viuentem, nam in eo quod Deo impendit debitam religionem, potest dici religiosus. cap. nullus i. q. i. el ij. cap. quod Deo xxxij. q. v. cap. ex multa de voto, tertio accipitur proprie & sic religiosus est qui perfectionem facit, alicui de religionibus approbat per sedē apostolicā, cap. quod votum s. presenti de vot. & talis proprie dicitur religiosus, nec omittam † Quod religiones approbate sunt quatuor, prima Basili, secunda Benedicti, tertia Augustini, quarta Beati Franc. landi, in clem. quia regulares de supplen. neglig. prelat. sub istis militant omnes proprie religiosi, & quilibet potest esse Religiosus † Nisi habeat aliquam ex istis octo conditionibus, quarum prima est etas immatura, secunda seruile conditio † tio † Seruus sine consensu Domini non potest intrare religionem, d. cap. nullus prescribitur tamen Triennio & à religione qui hoc ignorat, si Dominus scit & non reperit, cap. si quis inconnitus, xvij. q. ij. iste tamen si repetatur à Domino religiosus erit secundum Hug. ibi arg. cap. de viduis xxvij. q. i. & religioni tenetur, quantum in ipso est, & si manumitteretur non posset contrahere, nec obstat cap. quidam de conuers. coniug. quia ille qui habet vxorem non potest obseruare castitatem ea inuita & sic religiosus esse non potest, sed seruus sic, quia non requiritur corpus liberum, vt sit monachus, cum in domo propria quis possit esse religiosus, tertio conditio est debitorum obligatio, qui enim debet aliquid alteri non potest illud pretermittere, vt religionem ingrediatur, cap. generalis liij. dist. si tamen sit debitum pecuniae, vel talis debitor nō habeat vnde satisfaciat, tunc faciat quod potest. i. cedat bonis suis creditoris, & sufficit, propter pecuniam certe non obligatur persona liberi hominis, sed tantum ad recompensam, vnde licet ei rebus suis exhibitis religionem ingredi, nec tenetur in seculo remanere vt procuret vnde soluat debitum, si modo ex zelo Dei & seruore charitatis hoc faciat, quia spiritus sancti auctoritate hoc facit, cui nemo resistere potest, xix. q. ij. cap. due si tamen monasterium quod ingreditur aliquid acquirere per successionem hereditariam, vel per donationem, aut legatum ratione ipsius solum sic tenetur satisfacere, quantum se illud extendit, quod habuit eius occasione solum-

solummodo, cap. si qua mulier xix. q. iij. hic potest moueri queratio, vtrum talis teneatur in religione laborare, vt creditoribus soluat aliqui tenent quod sic, sed contrarium est verum, quia ingrediēs religionem in totum est subiectus religioni, ita quod in omni quoconque momento potest occupari à Prelato, quia ingrediēs post ingressum nō habet nec velle, nec volle, cap. si religiosus de ele & ele. pot. lib. vj. Itē si stetisset in seculo, & cesisset bonis non teneretur laborare, vt satisfaceret, cap. iiiij. distinctio. xxxij. ergo cum ex professione cedat bonis, patet quod non tenetur laborare vt satisfaciat pollet tamen prelatus cum cōsensu monasterij hoc ei concedere alias non. quarta ratiocinorum de tentio, vnde obligatus ad ratiocinia religionem ingredi non potest, cap. legem dist. liij. & hoc verum in obligatis perpetuo, in alijs autem secus licet honestum sit, quod prius se expediant, ex quo patet secundum Gostre, quod potestas qui iurauit regimen ciuitatis per annum magister qui similiter iurauit legere per annum, huiusmodi possunt religionem ingredi, auctoritate cap. peruenit el ij. de iur. iur. quinta est paterna subuentio, quia filius ingredi religionem non potest dimisso patre, cui alimēta prestare tenatur, vel saltem subuenire, exod. cap. xx. nam si parentibus obsequia filiorum sunt necessaria, adeo quod sine ipsis substineti possint, tunc non licet religionem ingredi, dummodo talia obsequia non inducāt filios ad agendum aliqua contra Deum, & sic pharisei consuliētes contrarium à Domino intercedunt, Matth. in cap. xv. & ita secundum Doc. intelligitur illud cap. si qui xxx. dist. sexta est dignitatis astrictio, vt sunt Episcopi, & alij superiores qui sine licentia Papæ non possunt ingredi cap. licet de regul. inferiores, vero Episcopis inuitis possunt xix. q. ij. cap. due sicut sunt Decani prepositi, Archidiani, Archipresbyteri curati, & omnes alij inferiores Episc. septima matrimonij obligatio post consumationē nā tunc religionem ingredi non potest, intellige matrimonij si copula est habita post cōtractū matrimonium, vel sponsalia sed non si ante, quia sic non impediret nec matrimonium diceret consumatum, capit. veniens de sponsali. vbi patet quod copula precedens sponsalia nō facit, matrimonium facit, cap. verum & cap. ex publico & cap. ex parte de conuers. coniug. que tequitunt consumationem, & est illud quod sequitur non quod antecedit, octaua coactionis impositio, nam oportet

oporet ut religiosus sit voluntarius, aliter non tenet ingressus cap. i.de regul.cap.prelens xx.q.ij. in religione autem minorum vltia predicta octo, alia quinque requiruntur, quod sit corpore sanus, legitime natus, nulla vulgari infamia notatus, animo promptus, competenter literatus, vel ad honestos labores aptus attamen si quis reciperetur deficiens in aliquo istorum, receptio teneret, nisi esset constitutus in supra dictis octo conditionibus. quae reddunt receptionem nullam, adeo quod religiosus debet esse sine macula, & talis semper presumendus, hinc est quod religiosi debent esse predicatores verbi, & facti, vt dicit laurent. de Rodulph. in cap. consuluit de usur. nu. q. nam ad opus pietatis tenetur, Archidiac. in cap. quedam xvij. q. ij. unde predicando argunt peccatores, quod est bonum opus, sed videntes eos persistere in peccatis, coguntur amore Dei eos odio prosequi, & si diceretur, quod peccatum debet odio haberi, non autem peccator, quod est verum, quia id quod est dispositum in materia non censetur dispositum in materiali, & an unum veniat appellatione alterius, regulariter dicitur quod non, tex. in l. ligni §. si lignum & ibi gl. & l. seruus ff. de leg. ij. & l. librorum §. cartis & ibi Bar. & l. si cui eo. ti. & l. si congenerit §. si quis ff. de pigno. act. fallit tamen haec regula, quod est eadem ratio in materia & materiali, Feli. in cap. ad deliberandū sol. ij. de lude. † Nō est dubium quod causa & causatum est eiusdem naturae causa peccandi est peccator, in cuius arbitrio est non peccare, ergo peccatum & peccator possunt odio haberi, & si diceretur quod peccato quilibet detinetur, quia nemo sine crimen viuit, Spec. de testa. vers. item excipitur quod est sur. ca. nisi cum. §. i. de renunt. xxv. dist. §. nunc autem gl. ij. q. vij. ca. ipsi Apostoli & plenius per Specul. de test. d. vers. item excipitur, verum est quod nemo viuit sine crimen vel criminibus, hic sumpta materia loquitur de peccatore existenti in peccato mortali, vel de eo qui residet in peccato in spiritu sancto, nam peccatum unius facit populum teneri ad penitentiam, in casibus in. §. iiiij. Ecclesia §. item peccato cum glo. xlv. dist. sed illud Iosue cap. vij. vbi dicitur † Quod Deus comminatus est contra populum propter furtum regulē autem per Achor factum Hierico, qui Achor confessus fuit lapidatus, & ideo populus liberatus, si Deus comminatur contra populum omnes de populo timere debent † Et si Religiosi non veniant appellata

tione populi cum habeatur pro mortuis quo ad seculum l. Deo nobis & ibi Bal. C. de Episc. & Cler. Sed cum ipsi profiteantur vitam Catholicam obseruando obedientiam, Castitatem, paupertatem amore Dei, & in eius honorem, hinc est, quod peccatorem impenitentem ut Dei & sue sanctae Religionis inimicum diligere non possunt, sed ut hominem malevit & mali exempli odio prosequantur.

Responsa
Mil. Sac in
lib. cap. liij.

SUMMARY.

- 1 Avaritia est radix omnium malorum ideo avarus appellatur cacus.
- 2 Ambitio est peccatum mortale, secus in Religioso in honorem Dei.
- 3 Ambitio, & Avaritia, deturpant animum, & animam.
- 4 Peccatum est, dignitate querere, vel ad eam aspirare nisi per Episcopum.
- 5 Par in parem non habet Imperium.
- 6 Religiosi defferunt patientiam externam, & materiale, absq; patientia intestina.

De Inimicitia inter ipsos religiosos.

Caput. 18.



CONTINVANDO materiam predicam apertis simili ostendit, quod † Cum avaritia sit radix omnium malorum, Apost. ad Thim. cap. i. ij. vi. & avarus appellatur cacus, cap. quorundam de elec. lib. vj. quia excecatur eius animus, ut agenda non videat, & à prohibitis non declinet, civirum lvij. dist. & cap. sicut hi, & differentia inter avarum, largum, prodigum habetur in cap. ex parte de consuetu. concurrit etiam ambitio, quae reprobanda est, clem. j. de regular. clem. fi. & ibi Card. de elec. Vbi maximè dicit verum in assequendis beneficijs, cap. in scripturis vij. q. i. † Ideo ambitio est vitanda, cum sit causa omnium delictorum, & propterea est peccatum mortale, ambitio tamen in Religioso Sacerdote non est peccatum, quando tendit in honorem Dei ad convertendum peccatores, & infideles, patet exemplum per Iesum Christum Dominum nostrum qui sanauit infirmos, & saturauit numerum quinq; milium.

lium personarum cum quinq^u panib^o ordeaceis, superstitionib^o duō decim cophenis fragmentorū , & duobus pīscibus, mortuof^q; resuſitauit, hæc enim miracula fecit, vt Iudei ei credentes fierent fideles , idcirco dixit ite per vniuersum mundum, & pre^dicate Euangeliū, Marc. cap. ibi igitur si talis ambitio effet in cordibus affixa sacerdotum , non effet damnabilis, sed inter ali^quos religiosos ut videtur in omnībus fere Monasterijs insurgit Avaritia, & ambitio ob causam regiminis superiorum , quia omnes vellent concurrere et habere officia benefica monasterij,
 3 & propter honorem, † Taliter quod hæc duo ambitio, & Avaritia deturpauit animam animumq; attamen religiosi in tali modo ſepius reperiuntur, & ita odium & inimicitia generantur intestina inter ipſos , quod est horribile, & si re manifestare licet sicuti amore ſe capiunt ita rabie ſe dimitterent, cogitat quod dignus præsumitur quilibet , niſi appareat indignus, l. ſeruos, ff. de manumiss. testam. l. cum quidā la ij. & ibi Bar. Dyn. & Odof.
 4 ff. de leg. ij. ſe existimant eſſe dignos, † Sed non animaduertunt, quod dignitatem querere vel ad eam aspirare peccatum eſt, ca. qui primatum xl. dist. contra not. in cap. venerabilem de elec. & tibi omnino per Abb. & per gl. lxi. dist. c. quid prodeſt, & hoc verum niſi dignitas per alium ſicut per Episcopum non exerceatur quo caſu peccat, qui eam respuit, ſed hæc inimicitia intestina inter religiosos non nascitur ob bonum vel malum regimen superiorum, ſed quia ipſi quoq; ſunt audi ad habendū regimen & ad imperandum alijs confratribus , nam cupientes dignitatē in monasterijs videtur desiderare beneficium, quod re gulariter euenire ſolet a dignitate , quia quando lex loquitur de dignitate, ex lato ſumpto vocabulo dicitur etiam beneficium glo. in clē. auditor de reſcript. cupiunt officia monasterij etiam ob libertatem, & libertas ſecundum Bal. in l. Libertas. ff. de stat. homin. eſt triplex quod triplex eſt libertas, videlicet, libertas intentionis idest liberi arbitrij , voluntas, libertas operis, & libertas status, non eſt dubium quod qui cupiunt, capti ſunt ac triplici voluntate libertatis, & cum ſint omnes religiosi pares in monasterijs,
 5 † Et cum par in parem non habent Imperium , Specul. de Iud. deleg. nec minor in minorem, l. Nam & magistratns ff. de arbit. l. ille à quo §. Tempeſtiuum. ff. ad Trebell. & prefertim ſuperior^e adducta deſiderant multo fortius, quan do habeat non poſſunt
 vnde

vnde verſ. nitimus inuictum ſemper cupimusq; negata , quod etiam fortius euenire ſolet ex ſeueritate ſuperiorum habetium officium , & tamen ſeueritas commendatur, niſi nimia, clem. 1.5. Quia nota de stat. monacho. vide Parid. deput. in tractat. de Synd. in verſ. crudelitas, ſeueritas in monasterijs in quibus trāſtatur de conſeruatione vitæ regularis, & boni exempli, non eſt damnanda, ſed laudanda, nihilominus improbatur ab aliquib^o religiosis, quibus non eſt officia ſuperiora monasterij poſſidere datum, hinc nascitur inimicitia talis inter illos , quod inuicem & vicifim quatenus licet plura dicerentur, videat igitur vnuſ quisq; cum hoc sit notorium , quomodo dilectio habet locum, nec conſiderat, quod officia dātur ſenioribus, & vt inquit Plat. de leg. lib. nono ſeniorem non paruo interuallo iunioribus p^rapponendum eſſe & apud Deum & apud Homines , qui feliciter victuri ſint , cedi ergo ſenem à iuniore & Turpē eſt, & odio à Deo habetur, decet autem iuniorem verberatū a ſeniori id ob ſenectutis reuerentiam patienter ferrē, ſed cum illi † Religiosi deferant patientiam externalm , & materialē abſq; patientia intestina , ſecundum legem ab ipſis acceptam & approbatam , hinc eſt, quod inimicitia fit potentior in eorum animis , quod eſt argumentum potentiſſimum quod inferiores non amant ſuperiorem inter ipſos Religiosos.

Reſponsio
Mil. ſac. in
lib. i. cap.
liij.

S U M M A R I V M.

- 1 Pater , & Filius una & eadem eſt persona.
- 2 Amor nullus eſt quin paternum vincat .
- 3 Pater inimicus Filij dolet eius morte.
- 4 Porta celeſtis clauditur viuenti in peccato abſq; paenitentia.
- 5 Inobedientis punitur ad mortem.
- 6 Filius ex iuſſu patris excusatū d^r per iurio .
- 7 Patria magisq; mater colenda .
- 8 Amor filij erga matrem , & amor matris erga patriam quis fortior

De Inimicitia, inter Patrem, et filium
(aput. 19)



NVM valde admirandum proponit, qnod inter Patrem & filium cadit inimicitia capitalis, † Et tamen pater & Filius est vna, & eadem persona. l.f.i. in f.C.de Impub. & alijs tubst. & ibi Saly. quia Pater & Filius nexus diuino sunt copulati, Bal. in l.cū in adoptiuis in ij.col.vers.ibi
 2 cum enim C.de adop. † Ideo nullus amor est, qui paternum vincat, l.ist quidem §.f.i.ff. quod met. caus. Specul. de procurat. §.ij. vers. Sed quād l.f.i. in Prin. C.de curat. furio. quod verū est etiā si sint inuicem inimici, Cyn. in l. propter insidias C. qui accusat.
 3 non possunt Signorol. in Conf. cī. † Hinc est quod pater etiam si sit iniurie filij, dolet eius morte, vt fecit David qui lachrimauit tribus diebus, & tribus noctibus mortem Absalonis filij sui Cyn. in l. propter insidias C. qui accus. non pos. detegitur enim amor paternus ex omnibus, qua nobis data sunt, cum nihil habeam quod à Summo Patre nobis non sit concepsum, sed in spe cie animam, qua viuimus, qua ei tam cara est, quod ipsa sola extor concessionibus vult, vt in eius gremium reuertatur, & propterea ex ore proprio dixit Apostol. ad Thimot. in prima Epist. cap.ij. quo Deus vult omnes homines saluos fieri, † Quod ita absolute nō est intelligendum, nam si quis continue viueret in pccato absq. alia p̄nitentia, porta cælestis ipsi clauderetur, & infernalis pateretur, hoc priuilegiū saluos fieri, intellegitur de his qui volūt fieri saluos, sed multo fortius detegitur amor, quia vt patet mortuus est, morte crudelissima, vt omnes filij sui salui fierent, cum sola guta sanguinis hoc facere potuisset, sed vt ostēderet efficacissimum amorem suum, morti se tradidit, ipse est pater qui pro nobis passus est mortem, nos sum⁹ filij per successionē ab ipso liberati, & tamen sumus eius inimici, pater Adam primus creatus à diuina manu fuit inobediens, † Qui non parer inimicus est, & vt inobediens punitur ad mortem, pro vt fecit, tex. in cap. absit xi. q. iij. hinc potest summi Argumētum, quod si ille qui primus fuit creatus, & fuit in hoc genere prima factura Dei, a qua ortum traximus, si fuit inimicus, quod multo ma-

gis uci

gis successores sunt inimici & quamvis pater dicatur & sit superior, cui filius debet obedire, l.ij. ff. de iust. & iur. † In tantum quod eius iussus excusat filium à periurio. Alex. in l.f.i. ff. qui fastidat. cog. Federic. de senis conf. cxci. nihilominus aliquādo pater & filius efficiuntur inimici, nam iureconsulti dant gladiū in manibus patris aduersus filium, & e contra in manibus filii aduersus patrem, vt habetur in l. minime. ff. de relig. & sump. fun. maiores minime lugendum putauerunt eum, qui ad patriā delendam & parentes & liberos interficiendos venerit, quod & si filius patrem, aut pater filium occidisset sine scelere etiam 7 præmio afficiendum omnes constituerunt, hinc est † Quod diuinus ille Plato ait, in iij de legibus patriam magis quam matrem esse colendā, vnde Virgilius in sua egloga prima dixit Nos patriæ fines & dulcia linquimus arua, ex quibus verbis percipitur amor patriæ ex hac enim causa potentissima tunc Atheniensium Respublica exilium inuenit cum durissimum sit à patria abesse, vnde Coriolanus maximi vir animi & altissimi consilij optimeque de Republica meritus, iniquissimæ damnationis rui na prostratus, ad volscos infestos tunc Romanis configuit, apud quos adeptus fuit Imperium, & cum iuxta mania vrbis accessus sit cum maximo Volscorum exercitu qua propter populus Romanus qui Reo non perpercerat exuli coactus fuit eum supplicare, missi ad eum deprecandum legati, nihil profecerunt, missi deinde sacerdotes cum insulis æque sine effectu redierunt, stu bebat senatus, trepidabat Populus, viri per iter & mulieres extitum imminens lamentabantur, tunc Veturia coroliani mater Voluminā vxorem eius & liberos secum trahens castra Volscorum petiit, quam vbi filius aspexit propere vt amens Matris complexum petiit, illa ex precibus in iram versa ait, sine vt priusqna complexum ampiam, sciam an ad hostem, an ad filium venerium captiuane, an Mater in castris tuis sim, in hoc me longa vita & in felix senecta traxit, vt exulem deinde hostem viderem potuisse populari hanc terram, quæ te genuit, atque aluit, nisi te peperisse, Roma non oppugnatetur, multaque insuper addit cōplorando, quibus & vxoris ac parvulorum flentibus motus Matrem complexus, expugnasti inquit & viciisti iram meā † In hoc enim exemplo duo valde consideranda sunt amor filij erga Matrem, & amor Matris erga patriam, qui fortior amore filij fuit,

D. non.

non solum igitur inimicitia nascitur inter filium & patrem ex causa patriæ, sed ex alijs quā plurimis causis, Ideo, legiflatores fecerūt titulum ss.ad l.Pompeii de parricid. & ti.C. de his qui parentes & liberos occid. & nisi huic inimicitie saepe locus suis sit, decretatum non fuisset, si filius efficitur inimicus patris, & è contra pater filij ex causa licet sit ut supra dictum, vna & eadem persona, minus ergo ctedendum, & tenendū, quod si inter istos cadit inimicitia absque spe reconciliationis, cūm se occidant, q̄ erga alium inimicum possit esse dilectio.

*Responsio
Mil. fac. in
lib. i. cap. v.*

S V M M A R I V M.

- 1 Dilectio an comprehendat infideles cum sint hostes Christianorum.
- 2 Papa potest mittere prædicatores Euangeliū & qui ees non admittunt peccant.
- 3 Filius an potius subuenire debet fideli extraneo, an patri infideli.

*Inimicos diligere an comprehendat infideles**Caput. 20.*

ED cū verba Matth. generaliter prolatā sint an debeant generaliter intelligi, dicendum quod sic, per tex.in l.i. ff.de legat, prestand.l. quique §. parentes. ff.de in ius vocā.l. item apud laborem. §. generaliter. ff.de iniur. hic igitur Cadit dubium † an dilectio comprehendat infideles cum infideles sint hostes Christianorum, l.si & ibi Bal. C.de capr. & postlim. hinc est quod possunt capi in Ecclesia, Old. in cōsil. lxxij. Franc. Are. in autentica magna C.de fur. nam Iudei ob delictum consigentes ad Ecclesiam, nō gaudent eius immunitate, quia ipsi sua infidelitate se indignos faciūt eius beneficio, & est communis opinio vt dicit Marfil. in l.ex senat. conf. fil. nu. 7. & seq. ff.ad l.Cornel.de fiscar.credendum & tenendum est igitur quod infideles comprehendantur in tali dilectione, quia licet non debeant cogi ad fidem tamen † Papa potest eis mandare q̄ admittant prædicatores Euangeliū in terris sue iurisdictionis, & si eos non admittant peccant, & ideo puniri debent. Inno. quod super his in col.vi. in vers. itē licet de not. & ibi subdit nūquid eodem

codem modo debet Papa admittere illos, qui vellet prædicare legem Machometi, & concludit quod non, nam ad paria non debemus eos nobiscum iudicare, cum ipsi sunt in errore, & nos in via veritatis, quod pro cōstanti tenendum, Ideo inoleuit practica quę quotidie seruatur quod predicatores inuitant Iudeos & quandoque cogunt medio superiorum ad eorum prædicaciones, ad hoc vt conuertantur ad catholicam fidem quid si conuerteretur aliquis infidelis qualiter petat filium suū ab Vxore, quę in infidelitate remansit, vide Specul.de conuers.infidel.in prin. vnde aduertendum an infidelis potest expelli de terris per superiores Oldrad. in cons.lxxvij. & hoc quatenus Vxor prædicta vellet sequi maritum conuersum verum est quod infideles nō sūt priuilegiandi circa opprobria fidei christiana, not. Car. in clem. i.de resti. pro vt esset si fideli cum infideli vellet contrahere matrimonium vel e contra infidelis cum fideli, quo casu matrimonii non valeret, cap.caue & in cap. non oportet & capit. hic enim §. mulier & §. his verbis xxvij. q.i. & in casu quo fidelis cōtraheret matrimoniuū cum infideli quaten⁹ ad diuortium prouocabit vide Specul.de diuort. ex hac proposita materia talis questio haberi potest† An debeat quis potius subuenire fideli extra neo, quam patri infideli, Specul.in ti. qui filij sint legit. in Rub. vers. quid si pater dicit, quod potius tenetur subuenire patri in fideli in vicu, & in necessarijs, quā extraneo egenti fideli probatur not. xxx. dist. cap. i. alij tenent quod magis debet subuenire extraneo fideli, per cap. non satis xxij. q. iiiij. ibi circa domestico, fidei & C.vbi de hoc causam enim prestat natura non gratia, nam talis pater potius negandus est quam alendus, xxij. q. viij. cap. legi fideli exponitur. i. catholicus gl. & Card. in clem. i. §. regula de stat. monach. nihil ergo adest, propter quod adesse deberet mutua dilectio inter fidem & infidelem, nisi quatenus ad persuasionem conuertendi, & si propositio dilectionis se extendat ad ipsam dilectionem, nihilominus impossibilis est dilectio ex diuersitate fidei, & ob iniurias illatas per infideles fidelibus diu patientibus nefanda scelera in personis & in rebus, ex quibus peractis nascitur & floret diuersa opinio inter ipsos in qua nūquisque eorum residet.

*Responsio
Mil. fac. in
lib. i. cap.
vii.*

S V M M A R I U M.

- 1 Socera & nurus sepe discordat.
- 2 Sapientia maturitas, quam canicies corporis consideranda.
- 3 Senectus est veneranda.
- 4 Sponsa propter coitum exterminat sponsum.
- 5 Semen mulieris an concurrat cum semine patris in generando.

*De Inimicitia inter socrum & nurum.**Caput. 21.*

V M superius dictum fuerit de inimicitia inter patrem & filium, quae non permittit dilectionem inter ipsos, non immerito ratio adduci potest. Quod inter soceram & nurum semper ita floret discordia, quod dilectio mortua remanet quia earum sunt mores diuersi, & estates differentes, cum socera sit annus, & nurus iuuenis, adeo quod vni placet, alteri displicet regulariter, & ita iura sunt di sparia inter ipsas, nam socere vti seniori magis credendum est, pro vt dicit gl. in l. cum quid .ff. si cert. pet. & ibi not. Ias. col. iij. vers. dic. iuuenis vero, vt ait Plat. in lib. v. de legibus quod statim à pueritia viuisquisque sufficienter ad omnia cognoscenda se putat, & honorarem suum animum opinatur, laudando permittendoque sibi quicquid libuerit agere, vnde Specul. in ti. de adiuc. §. iam nunc videndum col. seq. dicit quod vbi scientia minoris etate in euidenti maior est, ita quod nulla dubitatio seu hesitatio super hoc oriri possit, esset potius deferendum minori quam maiori etate sumpta hac occasione Beatus Augustinus dicebat, se paratu ab anniculo edoceri. Plus etenim sapientia maturitas quam corporis canicies consideranda est, pro quo facit tex. in cap. quisquis & in cap. seq. lxxxiiij. dist. & in cap. vilissimus in prin. i. q. i. ad hoc vide Cepoll. in suo tract. de Imper. milit. elig. §. pro Imper. vers. sed singulatiter, vbi dicit qd quando constat de qualitate personae non debet attendi senectus, vel iuuentus per l. fi. ff. de fid. instrum. subiungit postea Albe. in l. ij. C. de offi. mag. offi. qd sola antiquitas non est causa prelat. sed in dubio bene presumitur pro antiquioribus, qd sint magis idonei, tamen si con-

si contrarium apparet, iuniorem magis idoneum non prohibetur antiquiori preferri minorem, secundum gl. in cap. vlt. xviiij. dist. Ias. in d. l. cum quid col. iij. Vbi dicit quod quando Doc. iuniiores sunt excellentes & digniores præferendi sunt senioribus, gl. in §. ordines & ibi Ang. in vers. tempus in Auth. de monach. Immol. in l. i. C. de ann. ciu. lib. xi. in hoc enim anfractu de precedentia, de scientia, de nobilitate, socera & nurus vivunt, & propterea ex hac potissima causa supplectilia ceteraque bona sepius diuidunt, nam intendit socera quod propter eius sequentem debeat venerari, † Cum senectus sit veneranda, l. semper in prin. ff. de iur. Immunit. Aul. Gel. in lib. ij. cap. ix Nurus autem intendit esse aliquid, & ultra propter bona dotalia preeesse omnibus domi, & hinc nascuntur rixe, & iurgia, ex hac etiā causa quia nurus facit multas expensas inutiles in ornamenti, & in sene Auaritia iuuenescit cap. cum iniuuentute Card. in clem. in plerisq; vi. q. de elect. & in clē. i. in prin. de regul. hoc euenit etiā ex coniunctione diuersitatis sanguinis, vniure & custodiire naturas diuersas maximum opus est, sed si interrogaeretur socera cur sit Auara, responderet quod magnum est vestigial parsimonia, & quod decet parce viuere, & parce expendere, nurus verum assertit, sed esse comptam nulla preuia consideratione & facultatis, & personarum, dummodo in ornamenti alias eccedat, solum curat, certe quotidie in domibus audire, & videre quando suspicia, quando gemitus, clamores, rerum effractionem ob deperiunti opinionem, est altera pestis, sed si adeset concordia in omnibus supra adductis, de necessitate oportet credere, & explicite scire, quod inter ipsas lis aliqua semper superest decidenda, vnde excogitandū, quod aliunde hoc euenire nō potest nisi ex hac causa nascatur, mater summopere amat Filium, & libentissime cupit videre, & habere prolelm filij, † Sed quia spōsa propter coitum exterminat sponsum, cum ad formandum hominem semet alterius hominis quod breues eius dies facit requiratur † Nam inter Philosophos est quæstio sat's ardua, an solum semen hominis an concurrat etiam semen mulieris in generando quod videatur corn. in conf. cxc. in litera c. iij. part. obstetrics ex lōga experientia & ex visione matricis sunt in hac opinione quod semen hominis duntaxat requiratur, ex alia parte nurus cuius opinio est affixa ornamentis, ad illa propter honorem tendit, tota igitur

hęc litigiosa materia licet sit in fragilitate sęxus, ex hac voce honoris ex parte nurus super honore fundata videtur; in cuius dilectionis locum malediciones virescunt.

S U M M A R I U M.

- 1 *Homines omnes secundum eorum profissiōem profitentur honorem.*
- 2 *Animalia cibo eodem viventia se odio habent.*
- 3 *Peritis in arte credendam est.*
- 4 *Proximum rituperando contra Dei praeceptum facit.*
- 5 *Artifex locans operas suas offert esse peritum.*

De Inimicitia inter Artifices. Capit. 22.

VM omnes † Homines secundum eorum professiones profiteantur honorem respectu salte exercitij, hęc causa patit odium, & inimicitia, quod inter ipsos nunquam videbitur dilectio in adagio apud Latinos est, † *Quod animalia eodem cibo viventia, se odio habent, inter artifices eiusdem artis igitur, semper inest aliquod dicendum, nā unusquisq; eorum latitat operas suas, & aliena eiusdem artis reprehēbat, artificium per exercitum suscepit incrementum, l. legatis seruis §. ornaticibus ff. de leg. iij. t Et propterea aliqui magistri qui in rei veritate sunt satis in arte sua periti, quibus creditum est, l. i. §. fi. & ibi Doc. & Bar. in fi. prin. ff. de vent. In p. cien. l. Semel C. de re. milit. lib. xii. & l. Septimo mense .ff. de fi. homini. cap. significauit il iij. de homicid. qui pro talibus habitu sunt, & qui tales se existimant, & isti sunt qui alijs presunt, & propter hoc alias consocios artifices vituperant, allērētes eos arte dēturpare, cum sint iudes, & inexperti, & quod nō confitent in suis viribus, sed cū sint tales, q; aduertat ne temere in alio vela deducat, sed q; cōsulat peritiores, vt l. nec supina & l. regula. §. sed iure fi. de iur. & fuc. ignor. l. i. & iij. C. eod. tit. l. i. i. i. ignor. C. q; i. admitt. ad bono. posl. posl. quasi dicere velint quod accedant ad eos ad adīscēdū, illa audacia est ab illis valde confi-*

considerata hoc enim dicunt fundantes in vers. illo audaces fortuna iuuat, timidosq; repellit, vnde quantum & isti alij essent in experti, nihilominus, & ipsi quoq; sunt audaces, dicit. n. ouidi. in suis Metamorph. quod inter audaces non est audacia tuta, audaces dicuntur qui faciunt contra ius, Card. in clem. j. de offic. ordin. proximum igitur vituperando videntur facere contra Dei præceptū hinc est quod audacia reprobatur clem. j. de offic. ord. & ibi Archid. post gl. quandoq; in bonū vt ibi, hęc audacia parit maximā discordiam intet ipsos artifices, & tanto magis, quod illi qui nō sunt in opinione artis suę apud ceteros popularēs, ac ciues, dolent, q; artifices qui verē sunt in arte periti debeant vti pertissimi liberari ob aliquod eorū delictū à pena statuti, vt per tex. etiam in l. ad Bestias. ff. de pēni. per quē tex. Barbat. in tract. de p̄st. Card. in §. & si quispiā nu. 46. refert, quod alias fuit de cisū in splendida Vrbe Neapoli, q; quidā artifex magnę elegatię, & vtilis Reipublicaē inciderat in pēnam manus, q; propter suam elegantię, & vtilitatē publicā fuit alterata pena, & recēsū à iure cōmuni, facit ad hoc glo. singul. in l. i. C. de anno. ciuii. lib. xi. vnde etiā sanctū fuit, quod si talis peritus artifex suscepit alijs faciēdū, q; suscepit nō poterit agere per substitutū, l. inter artifices. ff. de solut. nisi artifex fūisset de loco exbānitus, in quo facte promisit, l. de pollicitationib;. ff. de pollicitatio. secūdū lido. uic. Pont. in singul. vers. artifex qui & C. nam artifex locans operas suas videtur afferere se esse peritū in arte sua, Bar. in l. si quis §. Celcus. ff. loc. Dy. in regula Imperitia in vi. & quia p̄sumitur vnuere ex artificio gl. in l. si quis argētū C. de donat. Ideo quādo ei debeatur merces vide Bal. in l. iij. in i. col. in iij. q. C. loca. & Bar. in l. qui insulā §. qui edē ff. loc. prestita occasione dicēdū est, q; artifex dī qui de p̄senti per se artē exercet, non qui p̄ alii exerceat, nec q; i p̄teritū exerceuit, l. fi. ff. de exc. tut. & ibi Bar. in vtraq; lectura, & dicit verū in his quā sunt de numero Cepoll. in l. eu qui vēctigal de verb. signi. qui dicit verum nisi per alium exerceat, Itē ille quē vulgus vocat artificē, Bar. in j. const. ff. in iij. col. in prin. in vers. sed regulariter dico, & ibi Alex & Bal. in l. sciendum §. illud. ff. de edilic. edic. Vbi etiam dicit idē in eo qui habet in aliquam artis peritiam, Itē etiā discipuli nō solū magistri, l. j. & ibi Bar. C. de excus. art. lib. x. & Bar. in l. legatis §. ornaticib; in fi. ff. de l. iij. vnde dubitari p̄, an ille qui proprię est artifex,

&c tenetur gabellā soluere, cui debeat soluere si facit pluta exercitia, puta rusticalia, Corne, in conf. cccxvii, incipiente ex plumbis in i. part. & hæc quæ dicta sunt circa supra deduceta aliqua, licet primo aspectu videantur non esse præsentis speculationis, nihilominus si recte perpendantur faciunt optime ad causam, quia multa sunt videnda & consideranda quæ veniunt in consequentiam, satis enim est quod ista propositio quæ vertitur inter artifices, est ita clara & aperta quod non eget aliqua difficultate, quod ex allegatis superius causa honoris suæ artis, & luci cessantis, & damni emergentis ex ore peritorum nunquam inter eos erit dilectio.

*Respon. Mil.
sec lib. 1 cap.
lxxiii.*

S V M M A R I U M.

- 1 Bellum habet originem à peccato
- 2 Belli, & artis militaris origo, & causa consistunt in peccato à quo. C.
- 3 Artis militaris omnes artis secundum aliquos excellit.
- 4 Artis militaris magister fuit Mars, alijs Bellonem alijs Tubalcaninum ante diluvium exercuisse.
- 5 Bellum qui per auraritiam exercuit fuit Ninus.
- 6 Arma sunt etiam inuenta pro defensione Dei, & contra inimicos eius.
- 7 Episcopus an possit versari in armis, Nisi contra hostes fidei & pro defensione Ecclesiæ.
- 8 Episcopus an arma mouere posset pro recuperando castro, & vt ibi.
- 9 Episcopus habens temporalem iurisdictionem potest indicere bellum. Hec, sit irregularis ex homicidio.
10. Armorum circa gestationem, infra quatuor diuerso tempore emannarent.
- 11 Rusticus arma portare non potest.
- 12 Arma portare presumuntur habere malum animum.
- 13 Arma si statuto cauetur ne quis portet de noble, quid si penes pedes eorum reperirentur.
- 14 Artem militarem Romani neluti Deam colebant.
- 15 Romani triomfantes multi sunt multe corone pro victoria paraverant.
- 16 Ars militaris sedet in supremo hominis gradu.

Arma

Arma adiutientia ad defensionem honoris Cap. 23.



O N est anibigendum, sed manifeste dicendum tenendumque est † Quod bellum & discordia habuerint originem à peccato primi parentis, cum occisiones ceperint ab ipsis, vnde amissa illa originali iustitia, non desuerunt iacti homines fixe, adeo quod bellum inter primos locum
 1 habuit † Scientia vero artis militaris, & bellentia facere ordinate successione indactum fuit, cum eius origo & causa consistant in peccato, ac quo crudelitatis, sanguinisque finis sape contingit,
 2 homines enim & prudentes † In hac arte militari ita ea appropiaverunt quam onores artes hanc excellerent existimauerint, Dio
 4 dorus siculus & alij auctores † Huius artis magistrum Maitem suisse alunt, hinc est quod poete appellauerunt eum bellorum Deum, Cicero in libro iij. de natura Deorum intentionem hac tribuit Palladi, quæ dicitur bellona, seribentes dixerunt antiquam suisse, & eam tabulacina ut in prima etate ante diluvium exercuisse, videtur enim quod bellorum principium fuerit factum inter Reges, & Principes ex causa honoris, & ambitionis,
 5 Iustinus & Trogus Pompeus referunt † Quod ille primus qui bellum exercuit propter auraritiam fuit Ninus Assiriorum Rex, & ita attestatur Sancius Augustinus in libro quarto de civitate Dei, qui quidem Ninus in hac arte militari apposuit legem, vt res & bona victi efficerentur victoris, quod antea non fuerat in via, nam cum suisset bellum inter Vessorem Regem Egiptiorum, & tantum scitorum Regem, qui extitit Victor absq; rerū asportatione, & priuatione Dom. Vessoris victi, duxerat vigebat inter eos honoris cupiditas, q; ita a princ. potuit, q; cū nō adesset arma, vnguis, lapithib⁹, & baculis ceperunt bellū exercere, p; vt in simili faciūt multi populi Indiani, q; carēt armis, & ita vñsi fuerūt, donec & quousq; crevit malitia hominū, q; tēta industria gusa fuit, vt ex viscereb⁹ terre extraxit ferrū, vt ab humanis corporibus viscera extra herētur, arma igit hostis antiqui inuitauerūt homines ad hoc p; agendū, cū quilibet deberet contentus esse sua sorte, nam vñas quisquam studet alicui inferre molestiam, aut propter rem, aut pro auferendo dominio vigilat, cogitat.

tat, & excogitat quomodo magis vir futurus euenire pos-
sit hec ociositas & voluptas sūt propriè arna antiqui inimici ad
miseras animas captiuandas secundum militem sacrum, cap. ni-
si §. vero iuncta glo. in verb. calores de dol. & contum.
hoc enim non potest negari, quando arma conuertuntur ad ma-
lum usum, & si antedicti Reges aliqui ad priuationem dominij
6 aliqui ad raportandum dumtaxat honorē armis usi fuerint † Cā
& armis aliquando contra inimicos Dei, vt quis debet, adeo q
arma inuenta sunt etiam pro Dei defensione, vnde videndum,
7 † An Episcopus possit arma mouere, & sic an eius vita possit in
armis versari, & videtur, q non, xxiiij. q. viij. in prin. & per totū
quod est verum, nisi contra hostes fidei Christianæ, ea. q. cap. igi-
tur & cap. cum pridem, Item nisi pro defensione Ecclesiæ. xxiiij. q.
iii. c. fortitudo & gl. xxiiij. q. 8. c. quicq; quib⁹ pōt bellis
interesse Episcop⁹, c. igit⁹ preallegato xxiiij. q. iii. c. maximian⁹ vbi
dicit⁹ quod Apostol. bello interfuit cōtra hoites fidei, gl. in d. ca.
igitur in fi. Argumentum cōtra xxxvi, dist. c. fi. Vbi dicitur quod
Moyses orabat in templo, non autem pugnabat in exercitu. Sed
illud olim, hodie sc̄xus, immo punitur Episcopus, qui non ag-
greditur hostes Ecclesiæ, secundum glo. in d. cap. igitur in fi. quo
bello si moriatur, cæli præmium consequitur, xxiiij. q. viij. capit.
8 omni timore, † Sed an Episcopus arma moueat, vt recuperet ca-
strum sibi occupatum, & dicendum quod non, quia solus Prin-
ceps arimat⁹ vt not. in prohem. inst. ita tenet Bal. in l.ij. & iij. col.
veri, sed nunquid potest C. de seruit. credendum tamen contra-
rium per prædicta, & not. xxiiij. q. viij. capit. scire c. hortatu, alias
autem Episcopus militare prohibetur, xxiiij. q. viij. cap. reprehen-
sibilis, potest tamen Episcopus castrum illud etiam per proditio-
nem recuperare, si aliter non potest, vt tenet Bal. supra vers. sed
nunquid Episcopus, vt tenet Inno. in cap. olim el. i. de rest. spol.
vbi dicit furtum rei proprie esse permittum quando aliter recu-
perari non potest, si schandalum non oriatur secundum Doc.
ibi & in capit. quia plerique de immunit. Eccles. per Innoc. qui
dicit clam & furtive damnis proptijs consuli posse, facit glo. in
l. si coloni C. de agricol. & censit. lib. xi. & tenet Floria. in l. si ser-
uus. ff. ad l. aquil. Bal. in l. si manumissori in fi. C. de obseq. par-
ro. prest. Alexand. de Vincent. in cap. potuit de loc. facit etiam
quia

quia pōt quilibet causam furtiuam furari, & domino restituere, cap. qui cum sure & ibi Doc. de furt. Ideo Episcopus potest castrum suum sibi ablatum recuperare non potest alium pro eo furari & illud sibi retinere quoisque sibi suum restituatur se-
cundum Inno. vbi supra quem sequitur, Bal. in d. l. ij. in col. ix.
sed quid si non potest Bal. in marg. vers. castrum vers. fi. Doc. in
d. ca. olim Flor. in d. l. si seruus in prin. in iij. col. vbi dicit quod
tunc Episcopus non esset irregularis si contingeret mors alicuius,
Episcopo tamen ad hoc non aduertente, & not. in cap. po-
stulasti de homicid. & glo. no. xxiiij. q. iij. cap. maximianus &
subdit nota. Bal. in d. cap. in v. col. vers. sed nunquid autem
quod potest Episcopus facere sibi per superiorempa dari tale ca-
strum pro suo in solutum, quod etiam tenet Innocen. in d. cap.
olim sed caueat Episcopus vt dum confirmationem vel adiudi-
cationem dicti caltri pro suo postulat, non subtriceat veritatem:
quia sibi adiudicatio non prodesset, secundum Bald. ibi quia
etiam infert quod partiales terratum impetrantes à supériore
bona exitiorum concessionē non gaudent, prædictis additur
9 † Quod Episcopus habens iurisdictionem temporalem potest
indicere bellum, secundum Innoc. in cap. quod in dubijs de
pen. vbi etiam dicit Episcopum nō fieri irregularem, si in bello
per ipsum indictio homicidium committatur, nisi ipse commit-
tat, vt refert Bal. in marg. vers. Episcopus vers. xxiiij. & xxiiij. q.
v. de occideendis & glo. xxiiij. q. iij. d. cap. maximianus ex istis
igitur bellum est etiam licitum ecclesiasticis & præteritum pro-
functa Ecclesia defendēda, & cum præsens materia sit armorū,
10 cadit hic incidenter nō esse prætereundum † Nec ignorandum
quatuor fuisse iura que diuerso tempore emanarūt circa armo-
rum gestationem primū fuit. ff. tam de quo habetur ff. ad
l. Iul. de vi. publ. & hoc iure videtur statutum, quod si quis vult
portare arma extra ciuitatem eundo per itinera potest, aut
vult portare per ciuitatem, vel in loco vbi fit adunatio gentiū,
vel in foro iudicij & Nō pōt, l. secuda. §. i. & l. qui dolo. §. primo
ff. de vi. publ. secundum fuit ius C. quo indistincte prohibita de-
latio armorum est nisi Principis licentia interueniat, C. vt
armorum usus in scio Princeps, tertium fuit ius auth. quo plas-
disponitur, videlicet vt non liceat etiam portare arma de fensi-
bilia, vt in. §. pen. in auth. de armis, quartum fuit ius nouissi-
mum

rum de quo loquitur. §. si quis rusticus de pac. tenet. in vi. feud, & hoc iure statutum est, quod itinerantibus licitum est deferre arma debito modo ad se defendendum a predonibus, non autem ad nocendum alijs, & sic quo ad itinerantes concordat cum iure. sive de quo in l. ff. de vi publ. ¶ Et ita hodie seruat consuetudo, & ponderandus est rex. in d. §. si quis rusticus prohibet rusticum portare arma, & de alijs non facit mentionem, ergo sequitur quod rusticci non possunt portare arma, & stabitur illi iuri, tanquam nouissimo, quia ex quo prohibet rusticos. vi detur alijs concedere, l. maritus C. de procurat. l. cum pretor. ff. de iud. cap. non ne de presump. xxv. dist. cap. qualis reuerende quod licet loquatur de rusticis specialiter, hoc non fecit legislator seriose, & dispositiue, sed ut etiam prohiberet specifice locutus est de rusticis, quia rusticci magis frequentabant portare arma, facit gl. in clem. i. de rescrisp. & in cap. ij. de confes. in vi. & in clem. i. de suppl. negl. prelat. & in cap. i. de rer. permitt. lib. vi. 12 & in l. tale pactum. §. si. si. de pac. ponderatur etiam ¶ Quia portare arma presumuntur habere malum animum, & debet ea perdere, gl. in d. §. si quis rusticus ¶ Quid si statuto cauetur, quod nemo portet gladium de nocte, reperiuntur aliqui in porticu habentes gladium in terra penes pedes eorum, an puniantur, per statuti, videtur tales non esse puniendos, quia non reperiuntur portare arma, ergo absolu debet, ex quo non comprehen- tur sub verbis statuti, arg. l. i. §. si is qui nauem ff. de exercito. Item cum dubium sit an ipsi proiecerint, vel alij illum gladium ergo sunt absoluendi maxime in criminalibus, l. scientiam §. sed cum stramenta. ff. ad l. aquil. facit cap. ex literis de probat. melius est enim nocetem absoluere, quam innocentem condemnare, labentem. ff. de p. in contrarium vide tur veritas quod immo. iudex possit ex eis unum eligere ad puniendum, & habet locum gratificatio, arg. l. si quis seruum. §. inter duos. ff. de leg. ij. & l. si plures. ff. de accus. Alber. de Ros. in solemni tract. statutorum in ij. part. refert fusile decisum, quod omnes teneantur, per l. i. §. si. cum l. sequ. ff. de his qui deiec. vel effud. & l. item mella. §. si plures. ff. ad l. aquil. quae decisio est mala secundum Alber. per iu. 14. ra primo loco allegata, omissis adductis quae occurrerunt ¶ Ex subiecta materia insistendo in arte militari, apud Romanos ita praeципua, & in ea ita educati quod eam veluti Deum colebant.

nam

nam due equidem res sunt quae tempore pacis, & belli ad confi- ciendum ardua homines mouent, honor & fama, utilitas & be- neficium ex bello haec omnia acquiruntur ¶ Vnde multi Roma- ni quibus fortuna fuit propitia in rapportanda victoria, more eo rum antiquo triumphauit, pro ut fecit Paulus Aemilius inductus purpura & auro, Pompeus Magnus, Iulius Cesar, qui ut ait Suetonius Ingressus fuit Vrbem super vehiculo, quod fuerat conductum per quadriginta Elephantes, Imperator Aurelia- nus triumphauit super vehiculo a ceruis conducto, legitur Max- cum Antonium triumphasse super vehiculo a Leonibus con- ducto, in praemium honoris adeptae victoriq; coronas aliquas secun- dum eorum bene merita, quarum nomina sunt haec corona ob- sidionalis, corona triumphalis, oualis, ciuica, muralis, naualis, & Castrensis, harum excellenter & magis existimata fuerat corona ob sidionalis, quae ei concedebatur, qui exercitum vel ciuitatem obsidebat haec sunt quae demonstrant quanti momenti refect.

¶ Ars militaris, quae sedet in supremo hominis gradu, si igitur ar- ma fuerunt, & sunt sumopere laudata, & laudanda, & si adiu- eta sunt pro defensione personarum, rerum, dignitatum, & Sanctae Ecclesie, & honoris qui verus splendor & optimum dedec- humanae vite est, & si natura nihil frustra fecit, credendum, & firmiter tenendum, quod arma ad alium finem praecipuum non fuerint adiuuenta, nisi ob defendendum honorem, qui est veluti anima, immo vera anima immortalis in hoc seculo cuius ini- micus non est diligendus, quia nunquam diligi potest.

S V M M A R I V M.

Responso
Mil. Sacra
li. i. ca. lix.

- 1 Deus creavit hominem ad imaginem suam.
- 2 Deus elegit viros sapientes, & nobiles in regimine.
- 3 Mors dicitur tripliciter immatura, acerbamatura.
- 4 Deus permittit hominem mala facere.
- 5 Hominis conditio deflenda est.
- 6 Homicidij species duas sunt.
- 7 Homicidium ad defensionem quomodo probetur.
- 8 Vulneratus si post quadriginta dies moritur vulnerans non tenetur de occiso.
- 9 Offendit ab alio quis non tenetur expectare.

Homici-



Eus creauit hominem ad imaginem, & similitudinem suam† Ad imaginem Dei creauit illum masculum, & ei subiicit p̄fices Maria, volatilia & vniuersa animantia, quae mouētur super terram, deditq; oēm herbā aſſerēt ſemē ſuper terra & omnia ligna, q̄ habēt in ſemetiſis ſemētē generis ſui, vt ſint ei in eſcā, & cūctis animatib⁹ terre omniq; vo lucri celi & vniuersis q̄ mouent in terra, & in quib⁹ eſt anima viuēs, vt habeat ad vſcēdū, Genes ca.i. & quis De⁹ hominē creauit, & dederit ei vt p̄ſſet pſcib⁹ maris, & volatilib⁹ celi & beſtij ſterre tamē nulli hominū comiſiſit (specialiter Domini ſu per alios homines † Verum elegit viros sapientes, & nobiles; conſtituitque eos príncipes tibunos & centuriones ac decanos qui docerēt ſingula Deuteronom. cap. i. si homo in hominē nō habet Imperium, ſed ſoli Deo reſeruatum, qui voluit ob eſum pomii hominem in mortem incurrere, Card. in cle. i. vt lit. pen d. que quidem mors citius venit propter peccata, gl. in cap. qua fronte de appell. & not. in cap. qualiter el ij. de accuſat. † Et dici tur tripliſter immatura ſcilicet iuuenum, acerba ſcilicet infantium, & matura & naturalis ſcilicet ſenium. Card. in cle. i. vt lit. pend. col. i. attamen † Deus permiſſit hominem mala facere; & cum ſit ſumme bonus non fineret mala fieri, niſi ex malis ſci ret elicere bona, & quia preuidit, q̄ Cyrus adepto Imperio permitteret filios Iſrael exire decaptiuitate, & redire in Hyerusalē ad cultum Dei, quod fuit valde bonum, & cefſit ad magnam gloriam Dei & ideo permiſit, quod veniret ad Imperium, licet per violentiam & vſurpationem, quia ad hoc ſecuta ſunt duo bona ſcilicet interfeſtio Regis Balchafar qui vafa Domini expoſuit ad bibendum concubinis ſuis, vt legitur Danielis cap. v. ergo homiциdium prouenit aliquando ex peccato, & ab ira Dei, vnde quotidie vi detur ex leuifimis caulis homines trucidari † Quapropter in hoc deflenda eſt hominum conditio, quod cum certa eiusdem generis animantia inter ſe non ſequant, ſoli homines inter ſe inſidiantur, & crudeliter mortem inferunt † Due enim.

luit hominem gaudere eodem priuilegio, sola enim defensio
non facit priuilegium, cum defensionis mater sit vindicta,
dicetur ne an ab amore nascatur vindicta, de diametro
hoc non colligitur, quia quod amat⁹, non offendit⁹

F 3 ab

ab eo, qui id prosequitur amore, verū ab antiquissimo illo amore, qui erat ante chaos † Et post creationem nascitur potentia, nascitur honor, nascitur gloria, isti sunt filii amoris, sunt enim tres substantię in eodem subiecto, eorum natura est eadem, quia pater & filius una & eadem persona est, l.f. & ibi saly. C.de Im pub. & alijs subst. tanti refert amor ille, quod fere in omnibus sibi ipsi hominem adequauit, & ultra imaginem, Genes. cap. I.

5 Paulinus diminuit ab Angelis, & in † Homine institutus est amor ab amore in terra, in herbis, in Arboribus, & ceteris animantibus, germinantibus frondes, flores, fructus, generatio-

6 nem † Sed amor ille non est conformis amorem concedenti, nam amores non debent esse impares, sed conformes, hęc est vera solutio amoris, dilectio inuicem & vicis sim esse debet, satis est q-

7 ab amatore datus est amor homini † In eo igitur parit amor honorem, & audatiam vnde pari modo dicendum est quod honor & audatia sint filii amoris hominum, vnanimes sunt equidem, & vnanimiter viuunt, honor igitur nascitur ab amore, quam unus quisque sibi ipsi defert, & in consequentiam nascitur audacia ob defensionem honoris, sed quomodo procedit hoc re-

8 cto quidem ordine regitur † Quia supra corpus est anima, super animam Angelus, super Angelum Deus, ergo à corpore in animam ab anima in Angelum, ab Angelo in Deum reducitur, corpus a se ipso moueri non potest, ab alio moueri potest ideo age per se quicquam valet propter animæ præsentiam, à se ipso moueri videtur, adeo quod corpus ita regitur ab anima, sicuti

9 veritas à ratione † Angelus autem est custos, & pro custode datus, sed cui corpori, an anime, vel utriusque si fuerit cu-

10 stos, homo non fuerit peccator, & propterea miseratione diuina non esset opus, fugiret pericula, non autem in euidentissimis periculis se deiceret, neque soli corpori, quia corpus de per se nihil est, cum sit elementum gratiae, magis quam leue, dum sit

11 terrenum, & cum terra sit immobilis non eget custodia † Anima autem est celestis, & ut ad celum reuertatur Angelus est eius custos, pro ea in celum reportanda, quatenus hoc cupiat homo, cui concessum fuit liberum arbitrium salutis, & damnationis,

12 nam in casu damnationis anima descendit in Infernum, & Angelus descendit in celum, hoc est in potestate & voluntate † Hominis habe-

13 desensum, & ascensum, hoc enim modo supra Angelum est Deus,

Deus, qui distribuit omnia dona sua in hominem recto, inter que debet amorem genitorem honoris, qui offensus ob amorem sui ipsius, offendorem diligere non potest.

Responso
M. ac. in
libr. i. cap.
lxxv.

S U M M A R I U M.

- 1 Amor nullus est qui paternum vincat.
- 2 Filius modo non amat patrem ut ab eo ipse amat.
- 3 Filius videns aliquem velle interficere patrem, & alium velle comburere patriam cui debeat succurrere patriam patrie.
- 4 Filius tenetur credere patrem.
- 5 A Deo habemus omnia.

*De iniuria inter Filium, & Patrem.**Capit. 33.*

SI pater ita amat filium † Adeo q nullus amor est, qui paternum vincat l.exigendi C. de procurat † Filius vero eo modo non amat patrem, hec est causa, nam magis videtur operari ius naturalē, quam accidētale. l. qui habet, ff. de tutel. talis & tantus est amor patris erga filium, quod presumitur se odiſſe pro filio, l. qui rei s. si quis & ibi Alex. ff. de bono, qui sib. mort. consciuer. † Vnde hic cadit pulchra questio quid si pater agit contra patriam, vel quid si videt aliquem velle interficere patrem, alium velle comburere patriam, queratur quem uabit, vel cui primo succurret, dicunt quidam quod patriæ, quia carior est amor patriæ, quam patris, l. postliminium. ff. de captiui. s. filius familias l. vnicā s. fi. C. de Cadu. toll. contra per tex. in l. veluti. ff. de iust. & iur. ibi dicitur parentibus, poster patriæ, cap. sit rector xlviij. dist. l. fi. C. de offic. presid. vib. cap. cum dilectio ext. de rescrip. natura enim fecit ut maior amor sit inter eū & patrem quam inter eum & patriam, cap. fi. de consec. dist. vlti. in mo vna caro sūt xxxv. q. ij. s. hac auctoritate & bene quia excommunicatus filius non honorans patrem, & non iuuans cap. i. xxx. distin. & merito cum filius habeat vitam à patre, &

eo, etiam quia semp̄ pr̄sumitur bene facere pro filio, & lex mul-
tum confidit de eo, Specul. de tuto. §. fi. vers. itē excipitur. Hinc
est quod filius patri vti eius superiori obedire tenetur, l. iij. ff. de
iust. & iur. & obedientia est tantæ vis, quod ius sus paternus ex-
cusat filium à periurio, Alex. in l. fi. ff. qui satisdar. cogant. Fede-
ric. de sen. in cons. cxci. pater est Deus nos enim filij, nō ipsi nos
fecimus, sed ipse fecit nos. Et quicquid habemus à Deo habe-
mus si sanitätatem, si sanitatem, si scientiam, si prudentiam si for-
tunæ bona, si honorem, & si honor est firmamentum virtutis,
eum nos ipsi destruere non debemus, quomodo saluus es-
set honor, si à nobis diligenter inimici, factura Dei deturpa-
retur, nam iuimici intulerunt iniuriam verbis, aut factis, si
sunt viri potentes, & iniuriati impotentes maculatum vix susti-
nent corpus, maculata pariter anima remanet, quia carentes vi-
ribus ap̄is ad repulsandam receptam iniuriam damnant sepius
eorum animas, si anima est data à Deo, & si ipsi tā cara est, quod
pro ea rehabenda se morti tradidit, illi igitur qui fuerint causa
ob eorum vanitatem, superbiam & potentiam quod illi eā dam-
nauerint, & si etiam filius non ita amat patrem, vt ipse amatur a
patre, quomodo erit possibile quod velit Deus opus suum factu-
ram suam, obscurantes diligi.

S V M M A R I U M .

- 1 D̄ens in Duello est Iudex.
- 2 Dnelliū est de iure prohibitum.
- 3 Duellum permittitur in aliquibus casibus.
- 4 Duellum habetur etiam fuisse in lege antiqua.

Inimicus provocans ad duellum bene facit
(aput. 34.)



RO SEQ VENDO materiam ante dicti propo-
siti capituli, vt evitetur animq̄ damnatio, in quam
incurrit minus potens, cū non valeat iniuriam re-
pulsare, erga potentem, sed in conditione parem,
prouocat ad duellū. In quo Deus est iudex, ideo
potentes viri priusquam quemquam in certamen prouocent, di-
ligentissime animaduertere debent, nam iusta certamq; causam
soueant,

soueant, nam opinione humana passim receptum est, eum qui in
iuste in stadiū descendit, fere semper succumbere, inquit Prop-
tius frangit & attollit vires in milite causa; quenisi iusta subeit
excutit arma pudor, sed hic tractatur de iniuriato, vnde onus in
iuriati est videre an dederit causam illate iniurie. Nā licet duel-
lum sit de iure prohibitum, & Apostol. dicat q̄ non sunt facien-
da mala vt eueniāt bona tamē Iuriste tenet q̄ tollerabile est ma-
lum, ex quo descendit bonū, ex duabus malis minus est semper
eligidum, melius ergo est inimicū in duello prouocare q̄ ani-
mā ob iracundiā perdere eo maxime q̄ in plurimis casibus duellum
conceditur, ultra quos casus, de quibus in l. federici de pac.
3 tenend. & eius violat. Permititur duellū in criminē lese Ma-
iest. cum quis alium impedit super illo criminē vt in lombarda
de publ. Iud. l. si quis & est vltima, fit cum dicitur vxorem con-
sciliatam in mortem viri, vt in lombarda de consilio mortis, l.
si mulier & est vlt. fit tertio propter iniuriam conturbitatis cō-
mūnis, vt si quis aliquē vocauerit cōturbitā vt in lōbarda de cō-
uicijs, l. si quis alq̄do fitde homicidio cōmissio inter treugā vt in
lōbarda de homicidio. l. liber hō fit in criminē particidij & si di-
cas cōmisū ppter cupiditarē bonorū ipsi⁹, vt in lōbarda de pari-
c. l. fi. in fin. fi pugna de furto à seruo cōmissio, q̄ est in fuga & dñs
vellet negare furū seruū fecisse, vt in lōbarda de furt. l. li qs, &
dicūt quidā q̄ fuit hec lex cōualcosiana secundū quosdā. i. iniqui-
tatis, videlicet qui. Dñs teneat pugnare pro seruo, fit in criminē
adulterij, vt si quis accuseſ adulterię. Vxorē alterius in lōbarda
de adulterij. l. iij. fit si qs dicat aliq̄ mulierē adulteratā, & sic pba-
re vellit, vt in lōbarda de iniu. mulierū i. iij. incipit de iniu. mulie-
rū l. puellā, fit pugna si quis cōueniat q̄ malo ordine rē mobilē
sue immobile possideat xxx. an. vt in lōbard. de psl. l. si quis aliū
fit in contrarios testes, vt in lōbard. de test. l. si quis cū altero q̄ p-
redit si publicant ab vtraq; parte, fit ppter debitū paternū cōtra
filiū negatē. vt in lōbard. qualiter quis se defendat l. si quis post
mortē & ver⁹ intellect⁹ illi⁹ l. ē q̄ intelligat debitū ex maleficio fit
pter incediū, si agat cōtra malefactore, vt in lōbard. qualiter &
quis se defendat l. si quis aliū nō aūt, fit si agit cōtra cōsultorem
vt in lōbard. illi cōsīnili l. vna in fi. fit ppter adulterio vt si maritus
dicat Vxorē suā adulteratā esse, vt in lōbard. qualiter quis se de-
fendat l. si quis vxorē fit si marit⁹ lūspicet, q̄ quis turpiter se hi-
buerit

abuerit cū vxore, & intelligit res turpiter tangendo, vt in Lombardia qualiter quis se defendet, &c. si quis a modo fit pro periuio vt in Lombardia qualiter quis se defendat, l. de Furto fit pro inuestitura vt si quis dicat se primo inuictum, & de possessione deiectu & aliquis idem dicar, l. idem de inuestitura, fit pro deposito negato, vt si depositum fit ultra solidos xx. vt l. si quis pro se, fit si dicatur quod quis cartam per vim extorxit, vt l. si quis dixerit in Lombardia qualiter quis se defendat fit pro libertate petita a servitu l. si quis seruus quidam dicunt quod illa lex fuit conualcosia & hoc tangit Bal. in ti. de pace tenenda in cap. j. in vij. col & Inno. in cap. cum olim de restitut. Spoliat. his igitur casibus permititur duellum quod si est pugna duorum, in veteri testamēto habetur † Duellum fuisse inter Goliam Gigantem & Dauid, qui eum interemis frimbula & capit. vt amputauit, & inter parvulum, & Menelaum, inter Aeneam & Diomedem, inter Hectorem & Aiaceum, & inter Turnum & Aeneam, vnde licet hodie sit omni lege prohibitum duellum, tamen non dicitur illicitum, quod permittit consuetudo generalis. Bal. in l. his penes C. deposit, & in Vngaria consuetudo est quod generaliter admittatur Signorol. de homode, in Cons. xcvi. & quotidie hoc practicatur nam consuetudo habet vim legis, lege quibus ff. de legib. prouocando igitur ad duellum, sape inimicitiae redundunt ad concordiam & medio istius consuetudinis, anima que viuebat in peccato ira vel iracundia ab eo desistit, vnde si quis cogereatur diligere inimicum, neq; ex veteri lege neq; ex consuetudine neque in premissis casibus fuisse permisum duellum, si ergo fuit permisum, datur intelligi quod ad amplectendam dilectionem, conditio sit preter naturam.

SUMMARY.

- 2 *Diligere inimicos quomodo fit intelligentum.*
- 2 *Virtus potest capi pro remissione.*
- 3 *Differentia est inter diligere & amare.*

Sensus verborum diligere inimicos.

Caput. 35.




ON est dubitandum † Quod verba illa diligite &c. sunt verba a Iesu Dño nostro prolatā, quorum obseruatio maximi momenti esset, nā offensus sufferendo iniuriam cū patientia, vi detur saltem tacite iniuriam remittere, q; non sufficeret ad salutem animæ, quia precepta patientiae non tam ostentatione corporis quam preparatione cordis sunt retinenda precepta ergo patientię virtute animi non ostentatione corporis servanda sunt cap. nisi bella & cap. seq. xxij. q; sed cum iniuria affigitur in animo ita patientia est affigenda sed an sola patientia sufficiat, videtur quod non, nam potest quis vti patientia, aut per impotentiam, aut per timorem, aut ob aliquam aliam necessitatē, ideo sancta Ecclesia decreuit ad dicta capitula in quibus habetur quod requiritur patientia virtutis, † In isto casu virtus potest capi pro remissione in iuriæ, q; percipi potest ex eo quod Iesu dixit diligite, non dixit amate, unde differentia est inter huiusmodi verba, quia diligere non est perfecte amare, si voluisset vt inimici efficerentur in gratiam, † Non dixisset diligite, sed amate, cum Christus dixerit mandatum suum esse, vt diligamus inuicem, intelligendum est, vt diligamus inimicos. si quidem perfectionis magister mandatum perfectionis mandare debuerat,

SUMMARY.

- 1 *Seruus tenetur liberare dominum vel prestare auxilium.*
- 2 *Petrus fuit carissimus discipulus Christi.*

De inimicitia inter B. Petrum et Ministros capientes Christum. Caput. 36.



VM autem Iesu sūisset captus à Iudeis vel cū eum capere vellent, Petrus habens gladium eduxit eum, & percussit seruum Pontificis, & abscedit auriculam eius dexteram † Verū seruus tenetur liberare Dominum suum, vel ei prestare auxilium etiam cum periculo vite in aliquo discrimine, quod si non faceret carere debet beneficio, tex. in cap. i. §. i. de alien. Exaud. pater. l. i. §. cum autem ff. ad Syllan. nam sū ita non fecisset, potuisset priuari gratia Domini, tamen cū eset eius discipulus, & sūisset edo Etus de Doctrina Domini, in qua habetur humilitas, & pacientia & cui fuerat impositum vt iret per vniuersum ad Euangeliandum & prædicandum, verba, & doctrinam Magistri, nihilo minus cum vidisset Magistrum suum captum a Iudeis, non potuit se abstinerē à vindicta, & tamen non ignorabat, quod præceperat Dominus dicens diligite inimicos vestros &c. si igitur percussit gladio seruum illum, ergo non videtur dilexisse, nec ei licebat ob multa signa & miracula, quę faciebat Magister, hoc agere, eo maxime quod omnes Ministri cum quererent Iesum, & accesserint ad eum ceciderunt omnes in terram & remanserunt conterriti, non ne poterat assumere argumentum, quod si ipse voluisse resistere ministris, vel eos peruertere, quod hoc erat in potestate Magistri, dedit igitur operam rei illicite, adeo q̄ non solum incidit in peccatum spreti præcepti, verum etiam in peccatum vindictæ † Si B. Petrus qui carissimus discipulus fuerat, cui erant manifeste virtutes, & potentia Domini abstinuit se à dilectione offendit Magistrum, quid facere debent illi quibus datum est exeritium equestre quandoque pro alimentis & tanto magis quod Ministri iustitiae quando procedunt ad capturā, illis armis non licet resistere, immo si resistat, potest per ministros interfici impune, l. si seruus C. de his qui ad Eccles. cōf. & hoc esse verū null⁹ dubitat, vt ait Bolea. in rep. l. capitaliū §. famosos. ff. de p̄n. nulla igit̄ facta resistentia, duxit man⁹, adeo q̄ ab effectu nō videſ, mādatū Magistri sui in diligēdo seruasse,

SVMMAR.

S V M M A R I U M.

- 1 Caro habet inimicitiam cum spiritu.
- 2 Caro est potentior spiritu.
- 3 Caro est nostra, spiritus Dei.

De inimicitia inter carnem & spiritum.
Caput. 37.



A X I M A. Est æquidem consideratio hæc † Quod caro habet inimicitia cū spiritu, vnde viri sancti qui fuerunt in carne, peccatores fuerunt, & in omnibus caro contendit cū spiritu verificatur hoc etiam in Domino nostro, qui missus à Deo vt tradetur morti ad redimendum genus humanū, orauit vt ab eo transiret calix ille, in eodem ergo subiecto viget inimicitia, & talis & tanta est, quod continuo hominem teneret in motu, & modo caro vincit spiritum, modo spiritus carnem sed de raro quia semper caro appetit voluptates, à quibus turpia nascuntur, quia quicquid est in mundo, est concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, concupiscentia carnis ad voluptates, concupiscentia oculorum ad opes, superbia vitæ ad honores & quid supereſt, homo quod non faciat, vt hæc ab eo cōſequeretur † Caro igitur est potentior spiritu, & quicquid agit homo, agit propter carnem nā sardanapali dicunt quod caro facit carnem vnde magis dat operam corpori quam spiritui, nō insistam q̄ ista sit voluntas Domini, vt potius natura hominis sit prona, & dedita ad malum, sed vnde hoc liberum arbitrium ab eo nobis datum est, sed quare potius agimus mala, quam bona, datur intelligi † Quod caro sit nostra, ipsi ritus Dei, qui non operatur, nec operari potest sine gratia Dei vnde si hæc duo simul contexta sunt ita dissimilia, quod diversa appetunt, quomodo hæc dissonantia concordabitur ad diligendum inimicum.

S V M M A R I U M.

- 1 Dignitas non potest augeri laudibus nec minni detractionibus.
- 2 Dignitas est quædam præminentia.

Dignitas

- 3 Dignitas filij liberat cum à patria potestate.
- 4 Dignitatem duplificem habens ascenditur maior.
- 5 Nobilis potest esse virtute & sanguine.
- 6 Papa & Imperator sunt supra omnes gradus.
- 7 Dignitatis contemptores ut indigni ea priuantur.

De inimicitia inter habetem dignitatem & non.

Caput. 38.



DIGNITAS significat quod dignum est, seu honor et alicui propter merita, vel impsum, vel debitum, vnde Aul. Gel. † Cuius dignitas nec augeri laudibus, nec minui de crationibus potest, sed quae est ista dignitas, Host. in summa de prebend. §. quid sit dignitas dicitur † Quod est quædam præminentia; & illa dicitur dignitas, quæ reputatur dignitas, Inno: in cap. de multa de prebend. & ita sentit Bar. in l. i. C. de dignit. lib. xij. prærogativa secularis est dignitas, cap. admissi stratores xxiiij. q. v. & dignitatis appellatione non venit pontificalis, quia est culmen dignitatum; Card. in cle. i. de retiunt, qui dicit verum in materia non restringibili, ut ibi probatur singula riter † Dignitas filij liberat eum à patria potestate in favorabili bus tantum; Bal. in l. apud hostes C. de fu. & legim. & l. si manus C. de pat. potest, & quando quis habet duplificem dignita tem, ut puta † Quia aliquis sit dux & comes, vel Dux & Marchio attenditur maior dignitas, & ab ea denominatur, Inno. in cap. solite de maio. & obedient. seQUITUR lat. in l. Imperium in fij. col. in. knot. ff. de iurisd. omn. iudic. sed dignitas conceditur alicui nobili regulariter † Et nobilis potest esse aut virtute aut sanguine, & hæc dicitur nobilitas politica, seu civilis, pro ut differt nobilis à Plebeo, nobilitas naturalis debet intelligi naturalis id est naturali ratione inducta, quod nos iuristi appellamus de iure gentium primeo, quod appareat, quia solis hominibus congruit, &c. de ista nobilitate Aristotel. i. eth. iiiij. cap. dicit, q. nihil alius quam virtus & malitia determinat seruum & liberum, nobiles, & ignobiles, hoc autem non est intelligendum de omni virtute,

virtute sed de ea quæ comperit aliquibus pro ut sunt apti dominari, non de eo pro ut apti sunt fabijci, Aristot. i. Politic. ix. cap. dicendum est ergo, quod talis nobilitas est virtus, pro ut competit his qui sunt apti dominari, seu preesse, vel distinctio virtutis ut ponit Philos. i. Eth. nobilitas & dignitas idem sunt, habentes 6 igitur nobilitatem, vel dignitatem, appellantur in istis gradibus aut super Illustres, aut Illustres, aut spectabiles, aut clarissimi, gl. in verb. tribuuntur in l. quecumque ff. de offic. ei. cui. mand. et iurisd. isti gradus Conferuntur Magistratibus, primus gradus est super Illustrium, Bar. & Roman. in d. l. quecumque ponunt exempla in Papa & Imperatore Abb. in c. solite de maio. & obed. vbi dicit, quod imperator est super Illustris, Reges Illustres. Dukes & comites spectabiles, Praesides prouinciarum sunt Clarissimi, Bal. tenet hic quod super Illustris non est dignitas, sed culmen dignitatis, veritatem fatendo † Papa & Imperator sunt supra hos gradus, sicut & supra omnia iura, cap. cuncta per mundum ix. q. iij. cap. proposuit de concess. preben. ideo non debet enumerari in istis gradibus, ut patet in auth. vt ab Illustrib. & qui supra eo. si. Clarissimi tamen dicuntur Doctores legentes l. diu. ff. de iur. patro. & in prohe. fforum gl. in §. pen. verum Abbates & reliqui habentes terras, & iurisdictionem vice praesidum sunt, & sic sunt Clarissimi, Bal. in l. i. §. i. ff. de offic. præfec. præt. & hic notandum quod omnes dignitates à Principe profluunt, tanquam à fonte, & quod in eo sunt omnes dignitates, quæ ab ipso conceduntur, modo ob bene merita, modo per gratiam, vnde illi qui decorati fuerint, honorem acquisitum quoquo modo defendere, & conseruare tenentur † Quare si receptam iniuriam non repulsant, dicuntur infames veluti contemptores dignitatis, & ea ut indigni priuat, Specul. in ti. de deposit. §. viij. vers. xix. adeo quod saluo honore non poterunt diligere inimicum, vnde arguendo à fortiori, si illi qui habuerunt dignitatem, non possunt diligere salvo honore, quid facient quorum est præstare, seu concedere honorem, certe multo magis tenendum est, quod & ipsi minus diligere poterunt, quia cum inimicitia orta fuerit ob aliquam inobedientiam ratione alicuius delicti, siue machinationis, aut cuiusvis causæ, dignitati & potentie eorum non conuenit, ut eorum inimicos diligent.

Responsio
Mil. sat. in
libr. i. cap.
lxxvij.

- 1 Deus potest omnia
- 2 Deus non facit nisi quod conuenit veritati & iustitiae
- 3 Dei voluntas appellatur ratio.
- 4 Deus omnia facere non posse cum quedam possumus nos ipse non potest ne peccata C.
- 5 Deipotentia mentiri non potest.
- 6 Deus non potest mori vel falli neque miser fieri neque vinciri.
- 7 Deus non potest facere, quod factum non sit factum.
- 8 Deus inter omnia mirabilia fecit animam.
- 9 Anima de celo descendit.
- 10 Anima semper debet esse bona.
- 11 Deus habet praescientiam.
- 12 Deo manifesta est damnatio anima.
- 13 Deus fecit animam ut eum & opera sua laudaret & magnificaret.
- 14 Anima est vita perpetua.
- 15 Anima est substantia spiritualis, & rationalis.
- 16 Anima vegetabilis & sensibilis non debet dici anima.
- 17 Anima dicitur habitare in sanguine ideo, Normani, Angli, & poloni, fortiter bibunt, ne eorum anima habitaret in seco.
- 18 Extremum nullum est, bonum nisi in eo qui nimis uult in Deo.
- 19 Deum qui timet vivet in eternum.

De Anima.

Caput. 39.



ILES sacer antequam descendat ad destruenda argumenta superius in j.lib.deducta per Militem secularē, expedire decreuit aliqua ostendere, quæ in proposita materia valde sunt consideranda, & amplectenda ab his, qui cupiū sedem permanentem apud Deū possidere, vnde in primis vnq̄ animaduertere debet omnipotentiam Dei † Quia omnia potest, quæ uult, quod enim omnia Deus possit pluribus auctoritatibus cōprobatur,

probatur, ut ait Aug. in lib.quest.veteris & nouę legis † Omnia quidem potest Deus, sed non facit, nisi quod conuenit eius veritati, & iustitiae, potuit simul cuncta facere, sed prohibuit ratio id est voluntas † Nam ratio in Deo appellatur volūtas, quia eius uoluntas rationabilis & equissima, fatendū ergo est Deum omnia posse. † Sed quomodo possit Deus omnia facere, cū nos quedam possimus, quæ ipse non potest, non enim potest ambulare, loqui, & huiusmodi quæ à natura diuina omnino sunt aliena, cum horum instrumenta nullatenus habere queat incorporeā & simplex substantia, respondendum tamē est, quod huiusmodi actiones ambulatio scilicet & locutio & huiusmodi à Dei potentia alienæ non sunt, sed ad ipsā pertinent licet Deus actiones illas habere non possit, non enim potest ambulare vel loqui eas tamen in creaturis operari potest, facit ut homo ambulet & loquatur, non ergo per istas actiones diuinæ potentiæ detrahitur aliquid, quia & hæc potest facere Deus omnipotens, sunt tamē quedam quæ Deus nullatenus facere potest, ut peccata, non n. potest mentiri, non potest peccare, sed nō ideo aliquid omnipotentia Dei detrahitur, vel in aliquo derogatur, si peccare nō posse dicitur, quia non esset hoc potentia, sed infirmitatis, si enim posset hoc omnipotens, omnipotens non esset, non igitur imponentia, sed potentia imputandum est, q̄ ista non potest, unde Aug.in lib.xv.de trinit. † Magna inquit Dei potentia non posse mentiri sunt enim quæ in aliis rebus potentia deputanda sunt, in aliis uero minime, & quæ in alijs laudabilia sunt in alijs reprehensibilia sunt, non ergo ideo Deus minus potens est, quia peccare non potest, cum omnipotens nullatenus sit, qui hoc potest, profecto sunt & alia quedam † Quæ Deus non potest, vnde videtur non omnia posse, non enim potest mori, uel falli, vnde Augusti, in lib. de simbolo, Deus omnipotens non potest neque mori, neque falli, neque miser fieri, neque uinci, hæc utique & huiusmodi absit, ut possit omnipotens si huiusmodi passionibus ac defectibus subijci omnipotens non foret, & inde demonstratur omnipotens, quia hæc ei appropinquare non ualent, potest tamen hæc in alijs operari † Deus etiam non potest facere quod factum non sit factum, l. in bello §. facte. ff. de captiu. & post limin.reuersi nō potest Deus facere iniusta, quia ipsa summa iustitia, & bonitas est, ideo Ioannes Grisostomus

in omelia quædam de expositione simboli ait omnipotens dicitur Deus, quia posse illius non potest inuenire non posse dicere Propheta omnia quecumque voluit, fecit, ipse omnipotens est ut totum quod vult possit, unde Apost. inquit, quis resistit eius voluntati, his auctoritatibus videtur ostendti. quod Deus ex eo tantum dicatur omnipotens, quia omnia potest, quæ vult, nō quia omnia possit, igitur inter omnia mirabilia quæ fecit † Deus, ex omnipotētia sua mirabilior uidetur anima quia pulchritudines cœli, & terræ nihil essent, nihil proficeret, nisi anima suisset creatura, † Sed cum anima de cœlo descendat & eam Deus cupiat reuersuram ad locum discessus, datur intelligi † Quod anima se per debet esse bona, & pura, tamen est aliquando, ita peccatrix. quod descendit in Infernum † Deus autem qui habet præscientiam omnium rerum, quæ futura sunt, præscientiebat descendit animarum, unde dishabitare celestes sedes, ut infernales habitetur, permittit, si diceretur quod liberum arbitrium facit ascensum, & descendit, hoc est verum, † tamen Deo erat manifesta damnatio illius animæ ob eius præscientiam, adeo quod opus tam maximum, & imprescrutabile videtur, etiam factū ad instantiam dæmonum, in hoc non insistā, cum melior sit fidelis ignorantia, quam temeraria scientia † Deus fecit animam, ut eum & opera sua laudaret, & magnificaret, sed videndum quid sit anima, cum de ea tractetur † Anima igitur est uita perpetua, scilicet per memoriam intelligentiam, & voluntatem, ad imaginem Dei facta capax virtutis, & vitij, susceptilis penitentiae vel præmij, arbitrio libera potentias, & habitibus ac affectionibus decorata, caret pondere figura & colore, passibilis & mutabilis est, eo magna, quo capax est æternitatis, eo recta quo naturaliter appetens est bonitatis, eo bona, quo particeps est diuinitatis, Gé. c. i. anima à Platone ab Aristotele, à Pythagora, ab Hippocrate, ab Heraclito, à Democrate, à Parmenide, à Epicuro diuersimode definitur, horum opiniones omittantur & catholicorum intentione ut decet, & conuenit sequuntur dicentium † Quod anima est substrantia spiritualis, & rationalis, ad vivificantum corpus humanum, de nihilo creata, anima autem diuersimode nominatur, anima dicitur, in quantum corpus animat, & vivificat, mens in quantum recolit, animus dum vult, ratio dum recte indicat, spiritus dum spirat, uel quia spiritualem naturam habet, sensus

sensus dum sentit, memoria dum recordatur, voluntas dum consentit, hec nomina diuersæ sunt animæ, non propter essentię plurimalitatem, sed propter effectum multiplicantem, & operationem dicitur anima ab a q̄ est sine, & næma q̄ est sanguis, eo q̄ fit sine sanguine, vel dicitur ab à q̄ est vita, & næma q̄ est tribuere, eo q̄ anima vitam tribuit, animæ vero potentia triplex est, scilicet vegetabilis, sensibilis, rationalis, anima vegetabilis appetit esse, sensibilis bene esse, rationalis optime esse, hæc autem tres potentiae in diuersis substantijs, tres animæ dici possunt, nam vegetabilis est anima in plantis, sensibilis in brutis, rationalis in hominibus, sed in homine ille tres prædictæ animæ una sunt essentia, sed differunt in potentia † anima ergo vegetabilis & sensibilis non debent dici animæ in homine, nec diuidi ut anima, sed ut potentia, & dicitur † Anima in sanguine habitare, & propter ea dicitur quod Normanni, Anglici, & Poloni fortiter bibant, ne contingat anima habitare in Sicco. Paul. Girlan. in q. xij. de sortileg. nu. 3. anima est Dei, ab eo homini data, & quam maximum & miraculosum misterium, & quam ineffabile & incomprehensibile est donum animæ, tam cara Deo, quod vnigenitum filium pro ea redimenda dedit, ut traderetur morti, & qua morte ignoratio, & crudeli, mortuus fuerit, cum verbis & modis iniustitiae, ob peccata nostra multas passiones dolores afflictiones, angustias passus fuerit, quibus si applicaretur animus candida mente, & puro corde, quis erit ille, qui audeat ab eius præceptis discedere, cum ea omnia quæ ab ipso facta sunt, respiciant salutem animæ, & corporis. Ideo verba Domini non egent argumentis contrariis sed sunt ad vnguem exequenda, & David imitari qui spiritu diuino excitatus ait in Psalm. Beatus vir qui timet Dominum, & in mandatis eius volet nimis. † Nullum extrellum est bonum secundum Philosophos, nisi qui nimis vult in Deo, quia non ita deuinandi sumus eius beneficiis, quod multo magis esse nobis necesse non sit, infinita sunt quotidiana beneficia, quarum loco gratiarum succedunt innumerabiles ingratitudines, existentes iram Domini ideo querere causas non licet, cum cixerit pulchrum exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci ita & vos faciatis, ipse paruit mandatis paternis, multo fortius tamen viam æternam curat pareat, ecce parata sedes est in sp. ait. Qui timet Deum, uiuet in æternum.

S V M M A R I V M.

- 3 Iura omnia tendunt ad honestum & iustum.
2 Humanum genus regitur naturali iure & moribus.

Responsiones ad argumenta hucusque adducta usque ad cap. lxxiv. Caput. 40.



V D I V I T Miles sacer que à Milite seculari dicta sint in cap. iij. primi libri vnde Deum rogit eius miseri, distinguere ut ipse facit ius diuinum, ius canonicum, & ius ciuile, quid enim hoc significare velit, quasi quod velit dicere, q̄ omnia iura sunt diuersa, & diversa sentiant † Omnia iura tendunt ad honestum, & iustum, idēo in dist. i. habetur † **Q**uod humanum genus duobus regitur naturali videlicet iure, & moribus, ius naturale est, quod in lege & in Euangelij continetur, q̄o quisque iubetur alijs facere, q̄ sibi vult fieri, & prohibetur alijs inferre, q̄ sibi nolit fieri, vnde Christus in Euangeliō, omnia quecumq; vultis, vt faciant vobis homines, & vos eadē facite illis, hęc est enim lex, & pphete adeo q̄ fas lex diuina est ius lex humana, in Primo decretalium habetur, q̄ Res pacificus pia miseratione disperguit, sibi subditos fore pudicos, pacificos, & modestos, ita q̄ non est facienda distinctio iurium, respectu materiae propositæ, quis omnes leges iniusta & inhonestā contemnunt, & bona & honesta amplectuntur, & licet regatur humanum genus moribus nō est propterea insistendum quod duellum sit iuxta mores militiae vel proficentis arma, n̄ licet mores & cōsuetudines feruentur, l. manime l. de quibus ff. de leg. clem. dudū. §. verū & ibi Card. de sepult. cap. licet ex suscepto de foro. compet. de pac. cōst. in prin. ab antiquo & Bal. ibi quod est verum, & etiam si non est delictum aliquid de ea feriandi, secundum Bal. in addit. Speculi de consuetud. in prin. & in auth. sed nouo in iij. aot C. de fer. fugit. Inno: in capij. in i. col. in glo. sua in vts. sigillum de fide instru. vnde uon est prætereundum, sed animaduertendū, q̄ constitutio fidei cōmuni tollit cōstit. & cōsuetudines speciales Car. in cle. dudum.

cōtra erg.
Mil. sa. li.
i. ap. ii.

dudum. §. nos de sepult. adeo quod non est tutum clypeum Mil. secul. alleganti aliud esse de iure diuino, aliud esse de iure canonico, & aliud esse de iure ciuili, nam Mil. sa. loquitur ex omni iure duellum esse damnatum, & per consequens inimicum diligendum & lætitia maxima afficitur, quod principalia dona Dei sunt eidem mani festa, ideo si animam, honorem, vitam, & fortunam bona recto sensu considerabit, videbit, quid magis facere expediat, eo maxime quod Rex subditos pacificos desiderat.

S V M M A R I V M.

- 1 **D**ei præcepta non sunt impossibilia
- 2 **P**eccatum est non obediere præcepto
- 3 **D**eus nihil frustra dixit & fecit
- 4 **H**ominem non diligere inhumanum est
- 5 **H**ominis voluntas est duplex rationis & sensualitatis

Caput. 41.



ON modica admiratione afficitur, q̄ Mil. secul. audeat dicere, q̄ diligere inimicum sit impossibile, cum sit actus contrarius humane nature, nam hoc est omni ratione falsum, & contra veritatem † **Q**uia præcepta Dei non sunt impossibilia, qui igitur illa non seruat, vt præcepti p̄sessor, ab eo puniri potest, Spec. de iurisd. omn. iud. vers. fi. in prin. † præcepto ergo non obediere peccatum est, sed consilio non-obediente non est peccatum, sed non meretur. xiiij. q. i. cap. si. verbum diligite in isto casu est prolatum Imperatiui modi, & ita importat præceptum, non autem cōsilium, nec hoc præceptum dici potest, quod sit nudum, & sine causa, quo casu nō valeret. Bar. in l. filius §. diui. ff. de leg. i. in vlt. col. ver. vlt. † **Q**uia Deus nihil frustra dixit, & fecit, sed omnia pulchro quidem ordine construxit, & prava abominari præcipit † **I**nhumanū est q̄ homo nō diligit hominē, cū sint homines eiusdē speciei, & generis, vnde natura ratione ex regul. de regul. iur. omne simile appetit suam simile verū præceptū impossibile nō obligat, Bal. Ang. & Alex. in l. fi de celerit. ff. q. sat. cog. vbi fecit. dicit in p̄cepto cōtinēte difficile, de

Contra ar.
g. Mil. sa.
i. lib. i.
cap. vi.

quo p Bar. in l.ij. ff. de re. iud. Fely. in cap. accepim^o d^e fide instru-
ment. sed prae sumendum est, & credendum, quod onus i. impossibili-
tate non sit nobis impositum, quod ab effectu percipi potest, regula
est eius esse nolle, qui potest & velle, quid resistit voluntati,
adeo quod homini non sit libera voluntas dilectionis; forsitan
resistit dolor receptae iniuriae, aut cupiditas vindictae, si dolor &
eupiditas commorantur in pectore, de loco in quem fuit ingressus,
non ne potest euenire egressus, te tempora, & ira aut iracun-
diam tuam, te ipsum cognosce, cogita quid tibi contingere ex vi
etoria aut ammissione potest, duplex est voluntas hominis, ratio-
nis, & sensualitatis, voluntas rationis vult quod iustum est, ius re-
rationi consentit, & obedientie; voluntas sensualitatis consistit
in aliqua passione animi, & ab ea percipi non possunt nisi alie-
passiones, qualis est arbor, tales sunt fructus, sed quid magis ra-
tio erigit ad gaudentium pacem cum Angelis, sensus precipitat
ad fruendum odium in Inferno; melius est ergo diligere, ut vi-
uat cum Angelis, quam odium possidere. & cum infernalibus vi-
uere in eternum, quia in illis nulla est redēptio, non preces, non
orationes, non ieiunia, non discipline, non eleemosine iuuant,
omnia sunt in vanum, Ideo in dilectione Hec statutus animus, ut
quiescat cum Deo.

S V M M A R I U M.

- 1 Cogitationes in homine alieque bona aliquæ male
- 2 Dei gratia petenti imparitur.
- 3 Virtutes in homine intellectus illis assignantur quatuor differentia.
- 4 Intellectus diuiditur in actum, & in habitum.

Caput. 42.

SOMNIS datus est homini ad quiescendum,
sed q ob insidias inimicorum dormire non pos-
sit, ex quibus excruciatus continue vigilat, un-
de tale molestia afflictus, non potest diligere in-
micos, hoc nihil refert † Nam̄ due sunt cogita-
tiones in mente hominis si cogitationes due
sunt quarum aliq̄ sunt cogitationes bona; aliq̄ sunt cogita-
tiones male, & si earum finis est bonus, vel malus, no ne est in eius
potestate eligere bonum, & omittere malum, quis dubitat, quod
hoc

Contra ar-
gu. Mil. sa-
cr. in lib. i. ca.
cap. viii.

hoc mediante gratia, sine qua nihil quisq; agere potest, q agere
2 non possit, igitur pro ea habenda quid superest faciendum † Si
3 gratia Dei petenti imparitur † In homine sunt virtutes intel-
lectus, quibus assignantur quatuor differentiae, prima secundum
differentiam naturæ, & sicut intellectus diuiditur in agentem &
possibilem, secunda secundum differentiam obiecti, & sic dividitur in
intellectus in speculativum, & praticum, tertia secundum differentiam di-
gnitatis, & sic diuiditur ratio in parte superiorē, & inferiorē, quar-
ta datur secundum cōparationē ad actum † Et sic diuidit in tel-
lectus in habitum, & in actu, in habitu quidē ut possit intelligere,
quādo vult, in actu vero cū actualiter ad intelligere se cōuerit,
& ad intelligibile, si hec virtutes sunt in intellectu hominis, &
si per intellectu cognoscitur Deus, & eius creatura, & per quē fi-
ne, illud dicit esse finis, ad q finaliter intellectus tendit, Bar. in l.
ambitiosa nu. 19. ff. decret. ab ord. faciend. finis igit debet esse
in Deo, & ad eū tendere debet, nec alicui dabitur aditus ad eum,
nisi seruauerit mādata sua, qui igitur iactabit cor suū in Dño, ip-
se illum enutriat, & nunquam iustum derelinquet si ita fecerit
non excitabitur à somno molestiarum inimicarum carna, sed vi-
gilias anxias in somnum & quietem mutabit.

S V M M A R I U M.

- 1 Deus in exemplo Iacob & Esai, fecit ut ostenderet iram & nobis fa-
ceret potentiam.
- 2 Dei Iudicia sunt incomprehensibilia
- 3 Conscientia est cognitionis sui ipsius.
- 4 Conscientia est habitus mentis boni & mali discretivus
Error eius octo modis causatur.
- 5 Homo potest dici stellio.
- 6 Conscientia homo vtitur, quemadmodum cibi.
- 7 Anima habet deuersas operationes

Caput. 43.

VOID inimicitiae vertantur inter quadrupedes in-
ter Aues & pisces, & inter cetera animātia, ac etiā
inter habentes animā vegetatiū, non est disputan-
dum, cū veritas ita se habeat, sed ab occulta inimici-
tia in homine erga proximū summere argumentū, q sicut abs-
que causa odit, q multo minus diligēsus sit ille, qui aliq̄ iniuriā
fecerit

Contra ar-
gu. Mil. sa-
cr. in lib. i. ca.
viii.

fecerit, nec exemplum Iacob, & Esau in medium afferendum, cu
antequam nati fuissent, & quicquam boni, vel mali. egissent Ia-
cob. dilexit, & Esau odio habuit † Hoc enim fecit Deus, ut osten-
deret iram, & notam ficeret potentiam, Aposto. ad Rom. in cap.
ix dicendum est † Quod iudicia eius, sunt incomprehensibilia,
& ininvestigabiles vie eius, Apost. ibi in cap. ix. sed ex qua cau-
sa nascatur occulta inimicitia, si interrogaretur quo fundamen-
to hoc agat, nesciret, fortasse diceret, qd eius conscientia ita serit,
qd esset falsum † Quia conscientia est cognitio sui ipsius si nescit
allegare causam, sui ipsius cognitionem non habet, quia consci-
entia est animi habitus agendorum & non agendum † Item conscientia
& habitus mentis boni, & mali discretius est, etiam credibili-
tas intentionis ad aliquid faciendum, vel non faciendum animi delibera-
tione firmata, error autem conscientiae octo modis causatur, pri-
mo ex ignorantia quando scilicet nescit quis, quid eligendū sit,
vel declinandum, de tali errore habetur in cap. xx. Paralip. cum
ignoramus quid agere debeamus; hoc solū residui habemus, vt
oculos nostros dirigamus ad te, secundo ex negligentia, vt cum
quis negligit conscientiam discutere, vel si nescit se expedire, ta-
men negligit ab alijs que rere, tertio ex superbia, vt quando quis
non humiliat intellectum suum, vt melioribus & sapientioribus
se velit credere; contra quos Apost. ij. ad corint. cap. x. captiu-
ates omnem intellectum vestrum in obsequium Christi, hoc est
dicere quod quilibet in credendis plus debet fiduci consentire, qd
sibi & in agendis plus debet alijs credere, quam sibi quarto ex
singularitate qua homo sequens sensum proprium non confor-
mat se alijs, nec sequitur vias cōmunes bonorum, in Nu. ca. xvi. ex-
tremis castrorum consumpsit ignis, quinto ex affectu in ordinato qd
sepe inclinat conscientia ad id, qd tunc homo appetit, & sic facit
ea à sua rectitudine deviare, seneca perit omne iudiciū, cum re-
trahit in effectū, sexto ex pusillanimitate qua quis timet, nō timet
da secundū rectū iudiciū rationis, Isa. dicite pusillanimis confor-
tamini, nolite timere, septimo ex perplexitate quo homo se cre-
dit esse positū inter duo peccata, quorū alterū sit impossibile de-
clinare, sed sciendū est qd perplexitas nihil est, simpliciter potest
tamē quis esse perplexus secundū, quid, id est secundū erroneā con-
scientia, qua deposita erit liberatus, octauo ex humilitate & cor-
dis puritate bonarū mentium est, ibi culpas agnoscere, vbi culpa
non:

non est, error ergo primis septem modis reprehensibilis est, octa-
uo vero modo laudabilis est, immo nec error dici debet, se humi-
lis suorum defectu recognitio, ideo conscientia ducta his errori
bus non est tuta, successiva non est dicēdum quod sit causa odij
5 nulla prævia alia causa † Adeo quod homo potest dici stellio,
qui dicitur animo inconstans, & varius est verbo vel facto, stel-
lio enim proprie animal est varijs maculis plenum, & venem-
atum simili lacerte, & est corpore pictum lucentibus guttis, talis
est conscientia hominis, qui eam tenet veluti formam perfecte
rotunditatis, quæ nescit, nec potest stare loco, pro vt velit, eam
adaptat, & vt eius animus sentit, & ita eam regit absque ratio-
6 ne, eo quo dictat appetitus, & ita † Homo conscientia. vt in r.,
quemadmodum cibi delectant, & displicant, negandum tamen
non est, quod proprietates occulte non sortiantur effectum suū.
7 † Quia anima secundum diuerfas potentias, multas & diuersas
habet operationes, ipsa enim cognoscit verum per intellectum
speculatum, affectat bonum, & intellectum praticū discerint,
conferendo inter bonum, & malum verum, & falsum per ratio-
nen discerint, simul & eligit, per liberum arbitrium consentit,
per voluntatem inuenit medium, per ingenium stimulat ad bo-
num per synderesian. ex hac cognitione non percipitur odium,
absque causa rationabili, adeo quod non est assumendum argumentum
ab occultis, casus iste in pratico actu non eveniet profi-
cienti humilitate m, & intuenti Dei & proximi amorem.

S U M M A R I V M

- 1 Homo qui honorem sequit & existimandus:
- 2 Honores debiti Deo non sunt debiti hominibus:
- 3 Comparationes propriae & non sunt rerum:
Quae sunt diuerorum generum sed quae sunt eiusdem generis:
- 4 Honor non est existimabilis nec mensurabilis:
- 5 Honorantem non honorans dicit & informis:
- 6 Honor datus à Deo est vera cognitio fugiendi turpia, vanas, pravae.
- 7 Honor reddit hominem incapacem honoris Dei.



A G N O P E R E Miles seculi laudat, & approbat honorē, & ita illum magnificat, quod in eo talis cupiditas detegitur ex verbis, ut si eius membra cuncta verterentur in lingua, non sufficerent ad ostendendum quanti refert honor, † Certè existamandus est homo, qui honorem sequitur, & appellari potest honestus & iustus amator, & inaledictus est homo, qui negligit famam suam, sed memoria teneat, quod soli Deo honor, & gloria datur, † Verum non omnes honores debiti Deo, debiti sunt hominibus, sed alij Deo, alij hominibus, alij sunt modi excellentiarū patrum ad filios, alij Regum ad subditos, alij doctorum ad discipulos, alij prudentum ad ignaros, alij Dei & sanctorum ad homines, & secundum varios modos excellentiarum, variij debentur honores, & attendendum est † Quod comparationes propriae non sunt eorum, quae sunt diuersorum generum, sed solum eorum quae sunt eiuldem generis, sive rationis, quo ad comparabilitatem quae possunt eadem mensura mensurari, l. prima ff. de rerum permut. l. 1. ff. de contr. empt. l. si ita fideiustorem ff. de fideiust. † Certe honor est signum virtutis, sed non est estimabilis, nec mensurabilis, verus igitur honor hominis est honore Deum, cui debetur honor, & gloria quia ipse dedit honorem, † Ideo qui non honorat honorātem, non honoratus sed infamis dicitur, & pénis affligitur, honor huius seculi à Deo homini non est concessus, vt honor absolutus, sed vt videat, quid facit, & si agit contra praecepta Dei, vel S. R. Ecclesiæ honor igitur hominis quem profitetur, non dicitur propriæ, sed potius quedam affectio sui ipsius, & rerum suarum, & hic est honor, qui sepius precipitat eum, † Honor ergo datus à Deo est vera cognitio fugiendi turpia, vana, prava, quae nasciuntur ab opibus voluptatibus & honoribus, hinc enim Apostol. ait nolite diligere mundo neque ea que in mundo sunt, quia quicquid est in mundo est cōcupiscētia carnis, & cōcupiscētia oculorū, & superbia, cōcupiscētia carnis ad voluptates cōcupiscētia oculorū ad opes, superbia vite pertinet ad honores, opes generat cupiditatē, cōcupiscētiam,

tiam, & Auaritiam voluptates pariunt Gulam, & Luxuriam, ho-
nores nutriunt Superbiani, ex istis igitur ita annexis & conne-
xis nascitur † Honor quem profitetur homo, quæ eum reddunt
incapacem honoris Dei, cuius gratia priuatus in falso honore
suo spē ponit, cum iactura rerum suarum, salutis corporis, animæ
que damnationis, quæ omnia euitare potest, si vellit erigere cor
suum ad solem honoris, a quo scaturiunt omnes proficiunt ho-
nores.

S V M M A R I V M.

- 1 *Maritus & vxor sunt unus in carne una.*
- 2 *Maritus potest interficere vxorem adulterantem cum vili persona.*
Idem pater, & etiam mandare potest filij s. non alijs.
- 3 *Adulterii pena erat dilapidatio.*
- 4 *Sacramentum non potest pareres morbosas.*



A T R I M O N I V M nemo negabit, quod *contra ar* à Deo non faret institutum, cum illis quali-
tatis quas sacri canones attestantur *sed ar Mil. sac. in* guere quod inter coniuctos in matrimonio *lib. i. cap.* potest spoliatio amoris locum habere, & si in *ix.* ter ipsos sacramentaliter coniuctos ex causa iniuriosa, vt ex adulterio nascitur inimicitia, quod inter eos cal-
dere non potest dilectio, quod multo magis contra extraneos:
1 *inimicos dilectio est negligenda, † Nam si vir, & vxor sunt duo in carne una, adeo quod se ipsos odio habere lex non presumit etiam si adesset causa adulterij, propter quam secundum Doc.*

2 *† Maritus potest interficere vxorem adulterantem cum vili per-
sona tex. cum gl. in l. nec timore ff. quod met. ca. in vers. occide-
re Fely. in cap. si vero. nu. t. de sent. excomm. non potest tamen
pater committere alteri, vt occidat filiam eius adulterantem seu a-
dulterum, B. l. in l. accusationis C. quod met. cau. l. vt vim ff. de-
iust. & iur. l. ad officium in fi. C. cōm. diuid. gl. in l. si cum dotem-
s. transgrediamur ff. sol. mat hoc limitatur nisi pater demanda-
ret*

ret hoc filijs suis, ita tenet Bar. in l. non solum §. si mandato. ff. de iniur. quod dictū expresse firmat, Saly. in l. gracchus C. de adult. Imol. in l. quid ergo §. si heres .ff. de leg. i. dicit quod de iure canonico correcta est omnis licentia interficiendi adulteram, vel adulterum, quod habet etiam locum in foro seculari in terris Ecclesiae, quia interficiens non excusat, Io. de Ann, in cap. interficiisti de homicid. & idem in terris Imperij, cum lex Civilis sit in hoc casu nutritiva peccati quae non obligat. iiii. dist. erit autē lex & est conclusio ix. quod videtur in materia magistrum sententiārum & alios Theologos, in iiiij. sent. dist. xxxvi. q. ij. ar. i. hæc respiciunt vindictam, quæ etiam in veteri testamento locum habebat; † Ex quo pena pro adulterio erat pena dilapidationis, Exod. in cap. xx. Deuter. cap. xxij. de iure canonico excommunicatur, cap. intellectimus de adulter. interfacionem locum habere lex detestatur, maritus eā adulteram dimittere potest, ex hac potissima causa, quia peccatum sit illud quod odio habetur, & hoc modo non est inimicitia inter personas coniugales, sed duntaxat inimicitia respicit peccatum, quod est omni lege detestatum, nam si alias quis sentiret, tenere videretur quod sacramentum matrimonij suis sit causa inimicitiae, † Sacramentum non potest parere res morbosas, nam sacramentum nunquam potest esse causa mali, sed boni, cum ad usum viuetum creatum sit ob sobolem procreandam pro adimplendis sedibus caelestibus, ideo non est bona illatio illa, quam facit Mil. sec. arguendo à coniugatis ad alios extraneos inimicos.

S V M M A R I U M.

- 1 Homines non diligunt neque Deum neque Demonem.
- 2 Deus non diligit peccatorem.

Caput. 46.



cōtra arg.
Mil. scilicet. i.
i. cap. x.

L A R V M est quod Deus non diligit Demone, neque dilexit & ob eius demerita eum deiecit de paradiso, † Pariter homines licet agant iuxta votum Demonis, eum non diligunt adeo quod propter peccata efficiuntur inimici Demonis, non sunt amici, & ita Deus Demonem odit, & homines ob eorum peruersam naturam Dei, & Demonis sunt inimici absque spe dilectionis, immo Demonem amant

amant quia peccant, nam bonum esset hominibus non peccare, quia hoc modo Demone odio haberent, & Deum diligenter, sed quia tanto grauiora sunt peccata, quanto diutius infelicem animam detinat alligatam, de consuetud. §. si. de eo qui duxit in matr. cap. cum haberet in fi. & cap. seq. xxij. q. v. cap. si quod Deo pari, ideo quod alienum scit reddere quis debet, xiiij. q. v. cap. si quod inuenisti & cap. multi alias furtum & rapina committitur † Hinc est quod Deus non diligit peccatorem respectu peccati, adeo quod diligit peccatorem, sed odit peccatum, & ita inter homines & Deum non est inimicitia, nisi quatenus existunt in peccato, vnde illius medio efficiuntur amici Demonis, homines possunt peruertere eorum malum sensum in bonum, ad Deum se convertendo, & hoc modo in conspectu Dei dilecti erunt, & quo ad corpus & quo ad animam, his ducib[us] Demon relinquatur in Inferno, cum Deus inferius deportauerit eum ingratum & inimicum.

S V M M A R I V M

- 1 Patria defendi potest & debet à quacunque
- 2 Dona Dei, & spiritus sancti, sunt septem.

Capit. 47.



V O D † patria defendi potest, & debeat à quocunque bene se habet, sed quod regentes patriæ benefactores sint odiosi plebeis, & quod dilectio non habeat locum inter eos, sed quod illi viri honestissimi benefactores debeat carere dilectione, aduersis plebeos, hoc improbatur † Nihil omnes habitus dati diuinatus possunt dici generaliter dona Dei, specialiter tamen & appropriate septem sunt dona spiritus sancti, que per ordinem enuntiantur, primo scilicet ut per h[ec] septem expellantur virtus septem, ita scilicet ut timor expellat superbiam, pietas inuidiam, scientia iram, quæ est quasi quedam infamia, fortitudo accidiam, consilium auaritiam, intellectus gressum, sapientia luxuriam, dicuntur esse septem dona propter expediendas vires naturales, nam irascibilis indiget expediti, tam in prosperis,

Contra ap.
g. Mil. sa.
in. lib. i.
cap. xi.

speris, quam in aduersis, in prosperis quidem per timorem, ita
aduersis autem per fortitudinem, concupiscibilis indiget expedi-
ri, quantum ad effectum respectu proximi, quod fit per pietatem, & quantum ad effectum respectu proximi, quod fit per pietatem, & quantum ad effectum respectu Dei, quod fit per gemitum sapientiae, rationalis quoque indiget expediri, in veritatis speculatione, quod fit per donum intellectus, & in veritate elec-
tione, quod fit per consilium, atq; in electi executione, quod fit per donum scientiae per hoc enim donum recte homines conseruantur in medio rationis prauae, & peruerse, dicuntur esse se preme dona propter regimen actiuæ, & contemplatiuæ vitae, con-
templatiua si quidem tria dona debet habere, scilicet timorem ad reverentiam maiestatis, intellectum ad intelligentiam verita-
tis, sapientia ad gustum bonitatis, actiuæ vero vita debet habere pietatem ad agendum, fortitudinem ad sustinendum, scientiam ad discretionem pietatis, consilium ad directionem fortitudinis plurima ergo dona sunt ad intellectum spectantia, quia lux cognitionis multum valet ad recte vivendum, propter eandem causam, fit donorum obuiatio, vbi quasi semper adiungitur unum directiuum cum alio, quod spectat ad actiuam, vel passionem, unde Gregorius super Exech. dixit, quod homines sunt per sapientiam maturi, per intellectum prouidi, per consilium cauti, per fortitudinem animosi, per scientiam discreti, per pietatem misericordes, per timorem humiles. Ideo cum haec si non omnia saltem pro maiori parte insita, & concessa sint hominibus regentibus, & per auctoritatem, & per sapientiam, non autem ignarioribus, quibus imputetur ob eorum insciuum intellectum hinc est quod illi patræ benefactores, ob tantam gratiam Dei recepta, ob vires ingenij sui, & aliorum tot donorum, in signum etiam actionis gratiarum debent escusare plebeos cōmorantes in ignorantia, & eos potius diligere, quam odio habere.

S V M M A R I V M.

1 Nobiles, & ignobiles sunt filii Adæ.

2 Nobilitas nascitur à virtute, ideo aditus nobilitatis omnibus est apertus.

3 Dyonisius Syracusanus literarum ludum operuit dicens esse genus impe.

imperandi.

4 Principes nobilitatem perdunt, & ignobilis.

Caput. 48.



RGMENTVM, de nobili, ad ignobilem, sat
is vanum & friuolum videtur, quod ignobiles odio habeant nobiles, & propter hoc nobiles ignobiles pariter odio habere cogantur, sec. lib. i.
nulla rationabilis causa debet esse inter ipsos, cap. xvij.

Contra

arg. Mil.

filij Adæ, & Euæ, paribus elementis procreati, paribus cibis
vitentes, sub via & eadem lege Dei viuentes, seruientes vni met
eorum Principi, pariter gaudentes vna & eadem terra germinante
varios diuersos fructus, & diuersa animantia pro eorum
victu, sed quid magis non ne sunt subiecti hisdem periculis, vni

2 & eadem morti. Sed quomodo oritur nobilitas. vera nobilitas nascitur à virtute, à qua florere poterunt multa capita tendentia ad nobilitatem, adeo qd aditus nobilitatis omnibus aper-
tus est, non ne videntur Principes fieri pauperes, & propter pau-
pertatem fieri ignobiles, licet retineret nobilitatem sanguinis,
tamen illam etiam amittunt cum cogantur exercere artem me-
chanicam. Dyonisius Syracusanus electus de Regno Iudum li-
terarum aperuit, afflens & illud esse genus imperandi, &

3 Pauperes fieri Principes, & ita. Principes nobilitatem perdere
& ignobiles nobilitatem acquirere vt in cantico B. Virginis dis-
persit superbos mente cordis sui & depositus & exaltauit humiles unde ex hac causa & superioribus adductis mutua dilectione vti tenentur, si gratiam Dei curant alias autem
in damnatione permanentes in tantam scutitiam incident, qd
auffugienda est, & dilectio tam cara Deo & hominibus profi-
cuia, in utroq; seculo amplectenda.

S V M M A R I V M.

1 Milites cupiunt bellum ob prædam & lucrum.

2 Homo quod quid agit, agit propter finem.

3 Bellum dicitur infirmum contra infideles.

Caput

Caput 49.



1 T I L I T E S bellum cupiunt, & odio habent pacificos, cupiditas est mala propter finē, nā bellum desiderant ob prædā, & lucrū, & ita eorū finis est auaritia, sed quid habet cōmu-
ne auaritia cū pacificis, non ne pōt pacificus esse auarus, & hoc modo quo ad finē sunt cō-
formes, † Quicquid agit homo, agit propter finē, eorū finis est idē, ergo inter eos inimicitia esse nō pōt, &
tāto magis, q̄ desiderantes bellū desiderāt rē iniustā, Ideo viden-
tur dare operā rei illicite, qui aut̄ desiderant habere pacē, rem li-
citam, & honestā desiderant, nā Christus discipulis suis dixit,
pax vobis & alias dixit pacē meā do vobis, pacē meā relinqu
vobis, &c. & hoc n.dixit Iesu omnipotens, quia pax est vin-
culū charitatis, vnde in cōsequentiam Ecclesia ratione pacis, le-
intromittit in qualibet causa, Spec.de cōpetēt. Iud.adī.§.i.vers.
xxiiij. sed pax vera nō dicitur, quādo pugnatur cū vitijs, fecūdū
August. in lib. de ciuit. Dei respectu igitur auaritiae nō est inter
milites & pacificos neque inimicitia, neque pax, quae tamē mul-
ta bona inducit, discordias enim remouet; & tranquillam quietem
inducit, statum personarum ac ciuitatum augmentat, ho-
nestatem affert, diuitias p̄parat, Dei ac Regū gratiam tribuit
superbiā vniuersiisque excludit, auaritiam cuiusque repellit
honorem honoratis adiungit, nōdum honoratis p̄parat, Deo
seruēdum animum cuiusque incitat, fructum affectat expolu-
latum, vel affectatum facit acquirere seu nācisci, arg. C. de cadu-
ci. toll. in prin. C. de offic. præt. Affri. & l. in nomine in prin. secū-
dā col. & C. de veter. iur. enucl. l. ii. §. quantuncunque & §. om-
nia igitur & in lombarda de sedit. cont. iur. ciuit. l. i. in fi. exte-
de treug. & pac. ca. i. l. placuit. ff. de offic. præfec. vrb. l. i. §. quies.
ff. de adimend. leg. inst. in prohem. in prin. inst. de excusat. tuto.
§. inimicitias est enim pacis confirmatio ipsa vera iustitia, bellū
autem omnia contraria parit, verum non potest esse odiū inter
ipsos † Quādo bellū est iustum, & iustum est, quando est con-
tra infideles hostes Dei, quia & ipsi libenter pacifici contra eos
arma suscipiūt, amore Dei, adeo q̄ etiā ex ista causa nō adefit in-
micitia, & ita argumentum instāte veritate videtur resolutum.

- 1 Actiones nostræ carentes musica nihil valent.
- 2 Abraam, & Iacob, & alij prophetæ habuerunt plures vxores,
Non reperitur dispensatum mulierem habuisse plures viros.
- 3 Artifices non aspirant ad genus honoris.
- 4 Matrimonij etas legitima infemina xij. annorum, in masculo. 14.

Caput. 50.



V O ad bellum puerorum non est dubium, q̄
eorū natura ad malum prona est, hinc Aristoteles in sua Polit. tenuit, q̄ pueri ne frangant suppellectilia, pro tempore, quod præstatur il-
lis ocium, q̄ adiscat musicam, quæ tamen si consideraretur, est admodum necessaria † Nā
omnes actiones nostræ si carēt musica, nihil
ualēt, quia sicuti corpus est totū armonia, & ea ditcordate cor-
pus febricitat, & vti infirmū disonū remanet, pari modo opera-
tiones corporis disonātes pariūt quādo inhonesta, & quādo tur-
pia, & licet armonia sortiatur effectū suū in quocunque corpo-
re, tamē educatio respectu actionū & personarū maximū momē-
ti est, q̄ probari potest, tali exemplo, legitur in cap. iiiij. Genes.
q̄ Lamech recepit duas Vxores causa voluptatis, dicunt Doc-
fesilē contra naturæ institutionem, quæ fuit vnum cum vna, nā
vt de bono educationis prolis sit matrimonium inter vnum &
2 vnām, & si reperiatur † Abraam & Iacob & alios Prophetas ha-
buisse plures vxores, hoc fuit ex reuelatione diuina, quæ non su-
bijcitur legi, vt in cap. gaudemus & in cap. ex parte de diuort. &
hoc fecit causa multiplicandi fideles, & prolem ad cultum diu-
num, quam intentionem non habuit Lamech, vnum tamen est
quod licet repeiatur permisum & dispensatum, quod vnum ha-
beret plures vxores, nunquam reperitur dispensatum, quod mu-
lier possit habere plures viros, quia esset contra ius naturale, &
educationem prolis, adeo quod educatio est multum inspicien-
da, Ideo illi pueri quibus permisum fuit, vel est illud genus bel-
li † Sūt omnes filii artificū sine educatione bonorum motum,


& quod veritas ita se habeat, illud bellum non exercent, nisi tempore festiuo, quo eorum apothecæ clausæ reperiuntur, quod alij filij honestissimorum virorum ob eorum bonam educationem non agunt, illi ergo agunt carentes educatione bona, & uirtute, & vt ociosi non considerantes, uel aspirantes ad aliquod genus honoris, quia eorum ætas non est legitima, quæ intelligitur annorum xxv l.f. & ibi Bar. C.de his qui veni. etat. Imper. l. cū filio. §. f. ff. de leg. ij. gl. inst. de fidem. tut. §. f. † Nisi quo ad matrimonium, quia tunc ætas legitima in feminina est xij. annorum, & in masculo xiiij. l. quod seruius. ff. de cond. cauf. dat. & ibi Alex. & licet etas xvij. annorum sit apta ad bellum, glo. sing. in c.i. de pac. iuram. firm. tamen de raro Principes dant stipendum habentibus talem ætatem, bellum igitur inter pueros est potius loco ludi, quam honoris, Ideo argumentum non procedit.

S U M M A R I V M.

I Scientia facit hominem superbum, superbia duplex perfecta, & imperfecta.

Caput. SI.

Contra ar-
gu. Mil. se-
cul. lib. i.c.
xxv.



NT E R sapientem & ignarum adesse inimicitiam non conceditur & multo fortius ex rationibus adductis † quod scientia facit hominem superbum, nam superbia est duplex perfecta & imperfecta est admodum odiosa Deo. Imperfetta est quedam vāitas & certa humana gloria quæ licet habeat aliquod fundamētū secundū ius seculi tamē ab utraq; detegitur ignorātia adeo quod si homo ob scientiam efficitur ut mundus illuminetur per eius scientiā hoc esset maximū temeritatis signum quia sapientia huius seculi est stultitia apud Deum teste Apostol. & vere talis dici potest

tet quia solus Deus illuminat mūdum non negatur quod ignorantia non sit terminus ignominiosus & quod sapientia non sit fundamentum honoris dummodo sapientia sit dedicata Deo & ignorantia sit posita in simplicitate cordis credendo ea omnia quæ sancta Ecclesia Ro. docet vnde inter hos ita dissimiles caderet non potest inimicitia quia si non adesset ignorantia sapientia non existimatetur apud homines hinc nascitur adagium illud quod Beati Monoculi inter lumine cęcos potius ergo illis, debet esse dilectio ex hoc enim capite quia insipiens honorat sapientem offert ei munera quod videri potest in medicis & Doctoribus existentibus in aliqua opinione apud vulgares qui omnes multum lucrantur & præsertim Phisici ex eorum doctrina diuinatua in ciuitate nostra Veronæ multas oppulentas facultates cumulauerunt quod alicui ex meo sacro & celebrissimo collegio Veronensi legistarum datum non fuit licet ex eo floruerint viri Doctores magni nominis & rei vnde est dicendum quod ignorantia est potius misereratione digna quam inimicitia quia misericordia super exaltat iudicium nam vbi humana subsidia deficiunt solum refugium restat in misericordia Dei & diuina postulanda est gratia de consecr. dist. i. cap. omnis cū non omnibus datum sit nauigare corintum. Ideo bonum fuit illi qui scientiam acquiserit pro vt malum fuit ei qui extiterit ignatus ex hac causa non est dicendum quod oriri possit inimicitia sed potius miseratio quia alias sapiens careret iudicio & indignus gratia Dei efficeretur cum esset immemor operarum misericordiæ.

S U M M A R I V M.

1 Prudentia & furor non possunt comparari, neque mensurari.
2 Furiosus comiserandus est.

Caput. 52.

Contra ar-
gu. Mil. se-
cul. in lib.
.i.cap.xvi.



R G V E R de prudente ad furiosum non licet, cum comparatio sit diuersa, & quamuis comparationes proprie non sunt eorum quae sunt diueris-
rum, sed solum eorum quae sunt eiusdem generis
sive rationis, quo ad comparabilitatem, quae pos-
sunt mensura mensurari, l.i. ff. de contrah. emp. l.i. ff. de rer. per-
mut. † Sed prudentia & furor non possunt neq; comparari, ne-
q; mensurari, consequentia vero negatur q; inter prudentem &
furiosum adsit inimicitia, si inimicitia ex iniuria nascitur, & si
furiosus offenderet aliquem prudentem, siue minus prudentem,
non reciparet offensionem iniuriæ causa, sed dumtaxat maledi-
ceret de furioso, assérens illud vulgare quod bonum iter facit,
2 qui longe abest à furioso † Furiosus comiserandus potius sé-
per est, non autem reputandus inimicus, quia caret intellectu,
quod percipi potest ab effectu, nam nullum tam maius pericu-
lum est, quod ad illud furiosus nō se exponeret, & si verum fuisse
set, quod prudens odio haberet furiosum, argumentum retor-
queretur aduersus eum, quia ipse quoque deterget esse impru-
dentem, & ita licet differeret à furioso, nihilominus laboraret
aliqua specie insaniae, quare non est dicendum extare inimici-
tiam inter eos, nam hoc esset fatuum dicere.

S V M M A R I V M.

1 Religiosus & peccator differt.

2 Deus non vult mortem peccatoris.

3 Peccatum annihilat hominem & deformat animam.

4 Peccatum vnum maius, altero Casualitate, generalitate, deformitate,
difficultate, pericolositate, inseparabilitate.

Caput. 53.

Contra
arg. Mil.
sec.lib.i.c.
xvij.



I N V S procedit argumētū, q; Religiosus qui pro-
fitetur honorē Dei diligat peccatorē, sed vt inti-
cūn odio habeat eum, nā si vere Religiosus esset,
vel sit hoc ei nō licet † Quia si inter Religiosū &
peccatorē sit differētia, cum vera religio tēdat ad
salutem, & peccatum ad damnationē animę, tamē , nunq; diceq;
inter

inter eos sit inimicitia, nec oriri potest, quia quod Deus noluit,
nec religioso placere debet † Si Deus nō vult mortē peccatoris,
nec religiosus eum habere odio debet, quāuis peccatum sit di-
ctum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei, vel secun-
dum Ambrosium sit peccatum prævaricatio legis diuinæ, & cæ-
lestium præceptorum inobedientia † Hinc est q; peccatum an-
nihilat hominem & deformat animam, tamē per gratiam pecca-
tum deletur, † Sed cum vnum peccatum sit maius altero, q; mul-
tis modis dici pōt, scilicet causalitate vt peccatū luciferi, vel ge-
neralitate, vt peccatū Adæ vel deformitate, vt peccatū Iudæ, vel
difficultate remittendi, vt peccatū in spiritū sanctū, vel pericu-
lositate, vt peccatū ignoratiæ, vel inseparabilitate vt peccatū ci-
pitudinis, vel punitate vt peccatū carnis, vel offensione, vt pecca-
tū idolatriæ, vel expurgādi difficultate, vt peccatū supbiæ, vel
mētis cecitate, vt peccatū iræ, nā si hēc omnia peccata reperi-
entur in aliquo, nō ppter illū religiosus teneret odio habere, im-
mo teneretur eū diligere, quia duq; sunt viæ ad quas tendit hu-
manū genus specialiter, vltra viā purgationis, pro qua cōsequen-
da parate sunt plenarie indulgētiæ, & sēpius ex gratia summi Pō-
tificis parātur vna igit via tēdit, & ducit ad cælestia gaudia, alia
vero ad eternas damnationes, sed vt damnationes euntentur, &
gaudia celebrentur, cōtinuis horis orat bonus religiosus p pec-
catore, & eius salute, ergo non extat inimicitia, nam si eslet inimici-
tiam non oraret, immo orate tenetur, cum ad hoc sit effectus
religiosus, cui peccata debent ita esse odiosa, vt caueat ne in eis
incidat, & ita in eis videretur incidere, si pro peccatore nō ora-
ret, & orando vt facit, & suadendo in cōcionibus ad bene beate
que viuendum absque dubio dicetur, & pro firma conclusione
habebitur, & tenebitur, religiosum odio habere peccata, & pec-
catore diligere, alias ageret cōtra Dei præcepta, qui dicit dilige
Deum ex toto corde & ex tota mente tua, & proximum tuum
sicut te ipsum, Matth. in cap. xxij. eo maxime quia dixit Iesus
Matth. in cap. xxvij. eūtēs ergo docete oēs gētes, baptizātēs eos
in nomine patris, & filij, & sp̄itū sācti, docētes eos seruare om-
nia, q; unq; mādati vobis, & ecce ego vobiscū sū omnibus die-
bus, vīj ad cōsummationē seculi, maxima est pmissio, & maxi-
mū est donū Dei q; obligat religiosū, vti professore honorē Dei
ad docendū peccatores, & per consequens ad eos diligendum.

1. Deus hoc mirabile fecit quod creature sint Diuersæ aspectu, effigie, & opinione.

Caput. 54.

Contra ar-
gn. Mil. se-
cul. lib. i. c.
xviii.



RO sequitur Miles sacer argumentum Militis sec. afferentis inter religiosos ex auaritia & ambitione inesse ob cupiditatem officiorum & dignitatum Monasterij intrinsecam inimicitiam, quod nō ita intelligendū est, nam inter miracula quæ maxima facit † Deus, hoc vnum videtur mirabilie ad modum, quod tota creatura creauerit Deus, ne dum diuersi aspectus, & effigie, verum diuersæ opinionis, sed hoc nō fuit absque rationabili causa, nam supra creata omnia non est consilium, neque oppositio, quia factura Dei non potest, nec debet improbari, vnde non est mirum, si tot religiosi diuersæ nationis, diuersorum patrum, diuersarum opinionum sint, mundus ex diuersitate rerum illustratur, ex hac causa diuersitas capere potest religiosorum mentem in aliqua re, sed quod possit parere inimicitiam, hoc penitus negatur, simil cantant omnes horas S.R.E. & eorum cantus non disonat, sed concordatur, quod esse non potest, si inimicitia veteretur inter ipsos, quia ita quæ nascitur ex inimicitia, facit hominem male dispositum, parit eius linguam balbuciem, que scunt in eorum cœlis, comedunt in eodem met refectorio, superiori quilibet eorum paret, hæc exerceri non possunt per inimicum erga inimicum, si diceretur quod agit hoc propter timore, negatur, quia potest vindicta capere, & fugam arripere, diuersitas opinionum non est baptizanda pro inimicitia, quæ probatur eo q̄ quis detinuit alium sine iusta causa in vinculis, Bal. in l. p. si C. famili. hercisc. Item ex verbis minatorijs mortuis dummodo per personarum dicta pensamus, l.i.C. si quis maledi. Imperatori Abb. in cap. accedens primo vt lit. non contestat, cap. li. et de Arbitr. Item ex ipsis rebus, & factis, l. si quis prouocatione C. de appell. additur q̄ ille qui non salutat, dicitur inimicus, Ias. in l. cum apertissimi col. ii. C. de iudic. Dec. in cont. lxiiiij. col. iiiij. reli-

iiiij. religiosi se inuicem salutant, & cū inimicitia sit veluti ignis qui de necessitate oportet, ut aliquid operetur, vel est sicuti tunc & amor qui suum detigit possessorem, & si inimicitia oriretur inter religiosos monasteria destruerentur, & ita concludendum est, quod eorum diuersa opinio siue fundata in vera, & iusta siue in alia min⁹ iusta causa, nō sit inimicitia, quia tēplū Dei nō debet esse neque receptaculum, neque tutum resugium contra venientium præceptis diuinis, sed bene est pia, & sancta dominus orantibus, & obseruantibus mandata, alias autem religiosi essent, sicuti eorum campanæ, quarum sonitus inuitat homines ad Eccleſiam ad orandum, & ad gratias agendum Domino Deo nostro, & ita ad beneficiendum, sed tamen ipse nunquam bene faciunt, & per haec sublatum est illud argumentum, magis sub falso, quam sub ratione positum, immo si recte perpendatur absque ratione.

- 1 Adam transgressor mandati Dei.
- 2 Homicidium aliquando non est punibile.
- 3 David lachrimauit mortem Absalonis filij, tribus diebus, & tribus, noctibus.
- 4 Adam exitit inimicus respectu peccati non persone.
- 5 Peccatum respicit peccatum non aut corpus.

Caput. 55.



V O D inter patrem & filium nascatur inimicitia talis, vt si homicidiū nasceretur inter ipsos tolleraretur, & non est mirandum, si gu. Mil. secul. in lib. i. cap. xix. † Adam primus filius Dei fuerit ei inimicus, transgrediendo mandatum, animaduertēdū est, quomodo hoc proponatur à iure consule, & quomodo sit intelligendum, nā si moveretur bellum aduersus propriam patriam, & pater aut filius edesset in Castris inimicorum, uel pater, aut filius esset in ciuitate te pro defensione, si à manu alicuius eorum nascereretur † Homi-

cidium in alterum eorum; non puniretur, quamuis nasceretur homicidium non propter hoc diceretur orta inimicitia quia pater & filius vna, & eadem persona est, nullus amor est, quin paternum vincat † Hinc est quod Dauid lachrimauit tribus diebus, & tribus noctibus mortem Absalonis filij sui, falsa est propositio, quod inter patrem, & filium nascatur inimicitia, nam visceris propriis visceribus fieri inimica non creditur, patet exemplum dulcissimam esse vindictam aiunt seculares, si filius uidetur patrem insultatum, uel e contra pater filium, quod unus pro altero se opponeret, ergo inimicitia inter eos, esse non potest, quia si adesset, talis effectus non sortiretur, nec exemplum de † Adam quod fuerit inimicus Dei ob transgressionem mandati, extitit inimicus respectu peccati, non autem respectu personæ, propter quod sicut effectus mortalis, si diceretur quod ex hac pena presupponitur inimicitia, non est bona illatio, l. papinianus. ff. de minor. † pena respicit peccatum, non autem corpus, & non datur propter corpus, sed propter animam, ut saluetur, hinc est quod corpus occiditur, anima autem nunquam occidetur, & hoc modo non est alicuius momenti argumentum.

S U M M A R I V M.

- 1 *Doctrina Christi est generalissima.*
- 2 *Liberalitas nulla maior diuina.*
- 3 *In Inferno nulla est redemptio.*

Caput. 56.

*Contra ar-
gu. Mil. se-
cu. lib. i.
cap. xx.*



ON est refricandum in dubiu † quod Doctri- na edocta per Dominum nostrum Iesum Christum, est generalissima, que percipitur cum dixerit discipulis suis, ite per universum mundum, & praedicate Euangeliū omni creature, qui omne dicit, nihil excludit. l. Julianus. ff. de leg. tertia & quamvis mandatum generale concessum procuratori non comprehendat donationem, leg. contra Iuris in fin. ff. de pacto nisi Dominus esset consuetus donare. Alexander in leg. futum.

lutm. ff. de pign. act. nec facere potest contra gesta Domini I. si hominem & ibi Bar. ff. mandatum igitur extenditur ad ea, quæ solet & consuevit facere Dominus Bar. in I. solutum. ff. fi. ff. de pign. act. Dominus ergo donauit, quia infirmos sanauit, morruos resuscitauit, ignaros docebat, esurientes faciabat. & multa alia signa faciebat, ex quibus vere percipiebatur, quod etat Dominus, hinc percipitur, quod mandatum fuerat generale, & quod se extendat ad infideles docendos, doctrina non fuit particularis, quia in mundum Dominus venit ut per eius mortem mundus saluetur apud eum nulla est acceptatio personarum, dicere autem quod si Deus habet præscientiam futuræ in fidelitatis, quod non debuisset tradere animam in personam malevolam, hoc esset fatuū dicere quia Deus præstat gratiam unicuique volenti, & propterea infundit animam in quocunque corpore, eidem concedendo liberum arbitrium, † Adeo q[uod] nulla liberalitas est maior diuina, ipse in concedendo & animam & alia ostendit, quanti refert eius infinitus amor, † Vnde est contra qui infidelis est, aperit ingratitudinem suam, quæ deportatur pro pena in Infernum, ubi nulla est redemptio, sed ut haec obscuritas evitetur, ne anima damnetur S. R. Ecclesia orat pro infidelibus, vnde illa doctrina diligite inimicos vestros &c. se extendit etiam ad eos qui non sunt de ouili Dei illi quoque sunt diligendi tanquam creati ab eo, sed non sunt imitandi, immo orandum est, ut desistant ab infidelitate, & fiant fideles, ad hoc ut valerent gaudere diuina Maiestate cum Angelis, & Archangelis per infinita secula seculorum.

S U M M A R I V M.

- 1 *Mulierum arabibus non est praestanda credulitas.*
- 2 *Mulierū sexus fragilis est ideo modo lachrimas modo risum emitit.*
- 3 *Mulier non est ad imaginem Dei.*
- 4 *Mulierum imperfectiones ostendunt eas esse sine ratione.*

*Contra ar
gu. Mil. se
cul. in lib.
i. cap. xxi.*



1 IDIC VLO SV M est quod inimicitia nascatur inter Soceram, & Nurum, nam mulierum genus est Ita fragile, † Quod suis ambagibus non est præstanta neque credulitas, neque fides eorum uires sunt in lingua, que est abundantissimus fons, & ita tam ex minima causa, quam ex maxima susurrant clamant, garulant, quod subuertunt totam domum, & viciniam, sed obiter deponunt earum calo-
2 rem iræ, quæ est vt fertur ignis stupæ, † Nec est mirum quod se xus tam fragilis, modo emittat lachrimas, modo risum multæ enim sunt earum imperfectiones, de quibus habetur Luc. de
3 penna in l. 1. C. de mul. in quo loc. lib. x. col. 1. † Quia mulier non est ad imaginem Dei, cap. hæc imago xxxiii. q. v. est imperfectionis virtutis, & imbecillitatis naturæ Soc. in l. si mulier. ff. deteb. dub. l. quæ cond. §. i. ff. de cond. & dem. vnde ob eius imperfectionem prohibetur ingredi plures Capellas Ecclesiarum, pro vt patet in multis Ciuitatibus sunt aliqui qui enumerant proprietates mulierum, scil. Sanctas in Ecclesia, Angelos in accessu, Dæmones in domo, bubones in fenestra, picas in porta, cbras in horto, factorem in lecto, dici etiam solet quod tria sunt
4 mala ignis, aqua, mulier, † Hæc enim imperfectiones non narrantur in dedecus mulierum, sed duntaxat vt ostendatur, argumentum esse absque ratione, verum si aliique mulieres fuerint causa multorum exitiorum, vt fuit Helena, ob quam Troia remansit destituta, & Hero ac multæ aliae, nihilominus & aliique fuerunt causa multorum bonorum, quarum denominationem non necessitas vrget referte, satis considerare conuenit, quod proper Euam homo fuit effectus mortalis ideo non est dicendum, quod inimicitia nascatur inter mulieres, quia potius est quædam emulatio, & stultitia, vana, quæ occupat earum sensum volubilem.

S V M M A R I U M.

- 1 Animalia eodem cibo viuentia odio se habent.
- 2 Emulatio est inter artifices.
- 3 Artifices & Mercatores inter se insident.

Caput.

I

*Contra ar
gu. Mil. se
cu. in lib. i.
cap. xxii.*



R O P R I E inter artifices non nascitur inimicitia quia subterentur omnia negotia, & omnes artes, verum apud vulgares dici solet,
† Quod animalia eodem cibo, viuëtia, odio se habent, sed non potest accipi pro vero odio, nā quotidie videm quod mercatores cateruatim tempore nundinarū ad eas profiscuntur, quod si inter eos ades set odium, tali familiaritate non vterentur sed negari nō potest,
2 † Quod Emulatio non sit inter artifices, & fortasse expedit, quia pro captando lucro, conantur exercere bona merces, & emptoribus obsequia facere, vt intitent eos ad emendum in eorum apothecis, potest ergo emulatio dupliciter capi, quando bona & quando mala, bona vt si quis procuraret effici similem quo ad artem, & industriam aliorum mercatorum, mala si cuperet vide re mercatores in eodem genere professionis decoctos, sed quæ te mouent ad bonum, vel malum finem, non ne est animus trahit non ne est conscientia tua, in ea non ne est quilibet moderator, & arbiter, l. in re mandata & ibi Bal. C. mand. † Potius igitur inter artifices & mercatores viget quædam inuidia, quam inimicitia, nam regulariter hoc non procedit, vnde non est arguenda quia plures mercatores contrahunt societatem, sine quâ mercature non se bene haberent vnde ex societate fideli mercature cum magno lucro augentur, Ideo argumentum a simili non vallet, dato vno dissimili, Barth. Cæpoll. in cap. 1. de cognit. feнд. quod inrelligitur dato dissimili illo casu, sed an talis inuidia sit peccatum, cum sit proprie tristitia de bonis alicuius iniquatum alter excedit ipsum, & istud semper est prauum, vt ait Aristot. iij. Ethic. quia dolet de eo de quo est gaudēdum, scilicet de bono proximi, quod si quis de bono proximi doleat, nō q̄a hēr, sed quia tibi deest nō erit inuidia, sed zelus, secundū Thom. in q. xxxvi. inuidia est peccatum mortale, quia contrariatur charitati, si tamen sit imperfecta ratio inuidie, scilicet in motu sensualitatis est veniale peccatum, ad cognoscendum autem quando inuidia odium ira superbia vel vanagloria vel auaritia sint, solum in sensualitate videatur regula, quæ facit ad multa, quod si talis dubitat con-

tat consensisse cum ratione, vel ne tunc est signum, quod cum ratione nō consensit, Item est aliud signum quod si talis est male contentus, quod ei tales tentationes adueniant, tunc est signum quod tales motus solum fuerunt in sensualitate, & non in ratione, quod non est notandum unde inualida est propositio, quod dilectio non possit capere inter prenominatos.

S U M M A R I V M .

- 1 *Natura nihil frusta facit.*
- 2 *Arma non fuerunt adiumenta praesertim ut homines exanimentur.*
- 3 *Ferrum à natura productum ad bonum usum hominis.*
- 4 *Deus maleficos super terram uiuere detestatur.*
- 5 *Deus omnia bona fecit, homo mala.*

Caput. 59.

Contra
arg. Mil.
sec.lib.i.c.
xxij.



O C enim est verum, † Quod natura nihil frusta fecit, sed non sequitur, quod armorum inventio fuerit facta ad hunc finem defendendi honorem, intelligendo de honore seculari, qui magis consistit in vanagloria, quam in re substantiali, nam dicere quod arma sint adiumenta ut homines inuicem se occiderent, hoc esset fatuū dicere, † Nā arma ad exanimandos homines prēcipue non fuerunt adiumenta, verum Sancta Ecclesia permittit cum armis armis resistere, sed firma remanente conclusione, † Quod ferrum sit à natura productum ad bonum usum hominis, non autem ad construenda arma, causa homicidij, sed fuerunt arma adiumenta ex industria, & malitia hominum, vt videtur quotidie nouas formas armorum fieri, & si omnia sunt à Deo, tamen ab eo arma non fuerunt creata, sed postquam fuerunt adiumenta, vt homicidij fiat absque peccato triplici actu fieri permissit Ecclesia princeps dicitur actus causalitatis, secundus necessitatis, tertius utilitatis, prius cum quis alium interficit non voluntate sed casu, casu fit homicidium, vt si quē quis projicit lapidem ad auem vel ad animal & alius trahiens ex insperato occiditur, vel incidit arborem

ad

ad cuius casum aliquis opprimitur, sed distinguēdum est, interficiens casu aut dabat operam rei licite, aut illicite, si illicite ut puta si proiiciebat lapidem versus loca, per quæ consueuerūt homines transitum facere, homicida reputatur, xv.q. i. cap. merito. §. ex permisſis, vnde si cleric⁹ ludo, vel exercitatione virium, vel venatione, iaculum mittens, alium perimit, quia hoc ab eo debet penitus esse alienum, homicidij Reus efficitur, vt patet I.dist.cap.clerico & extra de præsumpt. cap.i. si vero interficiens casu dabat operam rei licite, vt quia magister causa disciplinæ verberabat discipulum, vel quia deponebat aliquis senū de curru, vel arborē propriam sibi necessariam incidebat, si adhibuit diligentiam, quam potuit, respiciendo, & clamando non nimis tarde, vel semissē, sed tempore congruo & altius ita quod si aliquis erat ibi, vel veniebat, poterat fugere, & sibi cauere, & magister non excessit modum in verberando discipulum, non imputabitur ei homicidium si casu contingat, si autem dabat operam rei licite, & non adhibuit diligentiam debitam, homicidium ei imputabitur, dist.I.cap.sæpe contingit & cap. si duo fratres & ext.de homicid.cap Ioannes & cap. quidam vt afferis, secundus actus in quo homicidium nō est peccatum, dicitur necessitatis, cum quis alium interficit se defendēdo, ne occidatur ab eo, sed hic animaduertendum, quod aut necessitas occidendi fuit euitalis, quia poterat evadere absque occidione, & tunc est reus homicidij, aut fuit necessitas ineuitabilis, quia occidit hominem si ne odij meditatione, immo dolore animi se & sua liberando, cum alias nō poterat evadere, & sic occidens non peccat, nec astringitur ad penitentiam, nisi ad cautelam, propter ambiguum duplicitatis xxij. q.v. cap. excommunicatorum & licet aliqui teneant, quod istud intelligitur de laicis tantum, & non de clericis, veruntamen opinio communis est, quod clericus interficiens in necessitate ineuitabili, q̄ non peccat, nec efficitur irregularis, cap. significasti de homicid.ca.dilecto filio ext.de sét. excommun.cle. si furiosus de homicid. tertius actus in quo homicidium non est peccatum dicitur utilitatis, cum quis aliū occidit vel in bello iusto pugnando, vel ex auctoritate officij iuris ordine seruato, maleficos puniendo, Exod. in cap.xxij.dixit † De⁹ non patieris maleficos uiuere super terram, haec enim fuerūt de creata postquam arma fuerint adiumenta, quæ tamen inuentio fuit

fuit ad bonum usum, licet ad malum usum destinant homines, afferentes pro defensione honoris fuisse arma adiuvanta, existimantes magis honorem inesse in aliqua eorum saepius iniqua, & potius inimica opinione, quam in vera & optima ratione, ut est tenedo quod cum arma sint adiuvata, pro defendendo honorem quod non liceat inimicum diligere, haec non est bona consequentia, nam inuentio armorum non necessitat, vel nihil ponit, inesse, ut dilectio non sortiatur effectum erga inimicū, non ne fuerunt adiuvanta venena, sortilegia, & similia quae tamen prohibita & damnata sunt, ut xxvi. q. v. per totum pro ut est etiam datum homicidium simplex, deliberatum, commissum etiam alijs tribus modis, primo suasione, vel consilio, secundo auxilia, tertio operatione, ¶ Sed quaecumque fecit & voluit Deus, fuerūt valde bona sed quae fecit homo, ut arma ex industria malaparvata semper, excepto usu armorum contra hostes Dei, & eius sponsæ Ecclesiæ, nam in ceteris est homicidium multum damnabile, ut Cayn fecit, qui interfecit fratrem suum Abel. Gen. cap. iiij. nam homicidium est peccatum, ne dum graue, sed crudele, tum quia est contra præceptum Dei, qui ait in Exod. cap. xx. non occidas, tu quia est contra opificium eius, qui corpus, & animam mirabiliter sapientia sua viviuit, est etiam hoc peccatum contra corpus proximi, & sape contra animam eius, quia dum interficitur non est contritus, contra parentes interfici, qui excitantur & commouentur ad odium, est contra Rempub. quia homicidiū omnes leges omniaque iura spernit, est contra Angelū custodientem, qui non parum de suo custodito imperfecto designatur, o igitur homicida pertinax & superbe, o peccator nequissime, o crudelior omni fera pessima, contine manum tuam, noli sequire in proximos tuos, si peccasti haeretenus age penitentiam, si in proposito es occidendi define ab ira, & derelinque furorem, vince te ipsum, & noli peccatum tu horrendum, tanquam Deo immiti exosum committere, noui nāque quam plures qui tandem leti facti sunt, eo quod mutauerunt consilium suum, iterum ait Angelus nolite locum dare Diabolo, nolite effundere sanguinem hominis, quoniam inter cetera peccata homicidium maximi momenti est, unde posito quod homicida haberet in potestate vel destruere celum, & terram, & omnia quae in eis sunt, dummodo talis destruētio non veniret

veniret in damnum hominum, vel interficere hominem, maius malum committeret illum interficiendo quam deuastando, cuncta corpora cœlestia, & omnia alia, quae sunt in hoc mundo, maiorē si quidem iniuriam ficeret Deo hominem interficiens quam qui sine hominis dāno celum priuaret luminaribus suis aerem volucribus, terram arboribus, & Mare aquis, videatur ergo quod arma sūt regulariter causa mali, ideo ab illis non est absurendum argumentum, modo proposito.

S V M M A R I U M.

1 *Homicidium à Deo, & lege Ciiali, & Canonica, permisū aliquibus casibus.*

2 *Præceptum obligat, permisso est voluntaria.*

Caput 60.

ROCVRANTE offendere vitam, & honorem diligere non permittitur: eo maxime cum † Homicidiū sit permisum à Deo, à lege Ciiali, & Canonica non est dubium quod in aliquibus casibus homicidium permittitur, sed allegare homicidiij permissionem, non est cœlum tutum, quod inimicus non diligatur, quasi quod vellet dicere homicidiū esse adiumentum ne diligetur inimico, hoc non sequitur, nam aliud est homicidium, aliud est dilectio & ex diuersis, non fit illatio, l. Papinianus ff. de minorib. homicidiū est permisum, dilectio est ex præcepto, & magis est existimandum & timendum præceptum, quam amplectendum, quod est permisum, † Quia præceptum obligat, sed permisso est voluntaria respectu causæ accidentalis, cum non semper permittatur homicidium, sed aliquando ut supra in precedenti cap. sed si diceretur, quod non est dilectio præceptum, sed quod est consilium adiectū præceptis, quia diligere inimicos est consiliū charitatis, istud autem quantum ad dilectionem affectus est præceptum, sed quantum ad dilectionem effectus est consilium quia inimico velle gratiam & gloriam est necessitatis, sed ostendere ei signa

*Contra ar
gu. Mil. se
cu. in lib. i.
cap. xxiiij.*

ei signa benevolentia est perfectionis, & consilij, vnde ad hoc non omnes tenentur, sane negare homini signa familiaritatis, quando veniam petit, uel necessitas exposcit, vindicta est, uel quando se ille qui hostis erat, ad familiaritatem ingerit, si habeatur presumptio, quod non simulate irrisorie faciat, tunc diligens est, & inter amicos computandus, sed quod aliquis vltro se ad familiaritatem inimico ingerat, hoc perfectionis est vnde quod aliquis iniuriam passus reconciliationem querat, & amicitiam non est debitum necessitatis, sine quo non est salus, sed est perfectionis & consilij, quo magnum expectatur præmium quando aliud non euenerat, & quando aliud non sit expectandum, non ne hic duo ualde maxima concurrunt, si apud omnes verba Principum sunt præcepta multo fortius consilium Domini nostri Iesu Christi, & præceptum, cum iam dixerit diligere Deum & proximum &c. & hoc primum aliud est, quod præmium maximum speratur, præmiū datur benemeriti, ergo inimicum diligendo vtitur debito necessitatis, quia alias præmiū non consequeretur, vtitur actu perfectionis, respectu itæ, & superbia, quæ sunt peccata mortalia animam damnantia, vtitur actu consilij, & cuius consilii Domini nostri Iesu Christi, a quo consilia nobis ex gratia concessa, præmia cœlestia expectantur, quod nihil carius, nihil iucundius, quam cum eo habitare est, nam qui non diligit inimicum, magis sui ipsius esse inimicum ostendit, quam inimicū inimici esse, quia anima maculata non ingreditur in Regnum Dei, ergo de necessitate oportet inimicum diligere, & male sentit, qui contra sentit.

S U M M A R I U M.

- 3 Offensionem repulsare naturalis est sed eum odio habere, vel eum diligere non posse inhumanum arbitratur.
- 2 Instabilitas humanarum rerum percipitur cum multi Principes, & Reges ammissis omnibus fuerunt coacti querere viatum.

*Caput**Caput. 61.*

E F E N S I O N E M rerum suarum habere, Et offensionē repulsare, iuris naturalis est, sed offendorem odio habere, vel eum diligere non posse in humanum arbitratur, nam qui cōtrariam opinionem souet, magis videretur diligere boum fortunę, quam anitiam, ignorare iudicaretur

*Cōtra arg.
Mil. secul.
lib. i. cap.
xxv.*

humanas res fore non perituras, & quod est immortale spernere sed quid agendum, consilium patientiae amplectatur, Matth. iii. cap. v. ibi qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tollere, relinque ei, & pallium, hic notandum quod contingit sua re petere coram iudice fideliter, dupliciter aut cum contentione, & fraude, aut cum charitate, præmium nullificet, secundum vero licet infirmis, & imperfectis, perfectis autem non, vnde non repetere consilium est infirmis, perfectis vero præceptum, illis vero qui renuntiauerunt proprietati, non licet repeterre sua, ut sua, sed vir congregationis, non propter se sed propter communem bonum consilium consultori bonum, non est prætereundum, pro re quæ breui tempore perimitur, anima non debet dilapidari, & si forte quæstio verteretur de re immobili, non ne efficiuntur res immobiles mobiles, respectuque, cum sint ad instar seruorum, qui modo præstant ministerium vni, modo alteri, hinc videri potest † Quæ sit magna instabilitas humanarum rerum, quot Duxes, Principes, quot Reges fuerunt, amissis dignitatibus etiatis, Regnis, victu quærere coacti fuerunt, vbi sunt Romani illi, qui tam potuerunt, qui tot superbissima & admiranda adificia construxerunt, nec illorum progenies minima quidem resperitur, nec eorum edificia, sed vix eorum vestigia rep̄eruntur, omnia in terram prostrata sunt, vbi sunt Greci illi, à quibus fere omnes artes floruerunt, inter quas multa armorum genera, pictura, sculptura, leges. Ecclesia primitiva ortum traxerunt, vbi sunt Persarum Reges, & vt Iustinus ait in primo lib. Cyrus fuit eorum primus Rex, in quo quidē Regno aderat magna Babylonie, quam Semiramis dominauit, in ea magna lapillorū copia vigebat, & primam Sybillam in ea natam ferut, quæ hęc de Christo pronūciasse traditur, panibus simul quinq; & piscibus duob; hominū

milia in eremo quinq; satiabit, & reliquias tollēs duodecim cōphinos implebit in spem māltorum, vbi sunt isti, & tot quæ ab ipsis emanarunt, & vbi sunt Astirij, qui primi ad bellum se conseruerunt omnes perierunt, neque ipsi, neque sua reperiuntur, eorum ciuitates demolitæ extant, & quæ à Mari, vel fluminibus & quæ ab armis sumersæ & destructæ sunt, videat igitur unus, quisque quid refert habere & possidere, & successiue si licet p̄ re minima, parva vel magna, defensionem apprehendere, & offendorem odio hahere, quid est fortale putat maiorem honore consequi magis in defendendo rem vanam peritaram, quam patientiam sustere, & non norit rei aternæ occisorem esse, vnde maius lucrum consequitur rei propriæ offendorem diligendo, quam defendendo.

S V M M A R I V M.

- 1 **Iniuria est contra iustitiam non diligere inimicum, est contra consilium Dei.**
- 2 **Deus iustitiam dilexit æquitatem vidi.**
- 3 **Deus distribuit omnia secundum debitam proportionem.**
- 4 **Experientia est rerum magistra.**

Caput 62.

CONtra argu. Mil. se-
cu. lib. i.
cap. xxvi.

ON negatur, q̄ qui alicui iniuriam facit, cōtra iustitiam non faciat, sed q̄ diligendo iniuriam, iustitiam negligat, vt donum Dei, hoc negatur, in vtroq; genere vera est propositio: Iniuria illata alicui, est contra iustitiam, non diligere inimicum est contra cōsilium Dei, sed in quo maius peccatum vertitur, in vtroque peccat, nam copiosissime sunt scripturæ diuinæ iustitiae, vnde David in Psalmo ait
 2 **Iustus Dominus & iustitiam dilexit, æquitatē vidi vultus eius Itē in iustitia tua libera me. Itē anuncia iustitiam tuā in Ecclesia magna. Itē memorabor iustitiae tuę solitus. Itē iustitia autē ambulabit. Itē iustitia Dñi plena est terra. Itē iustitia eius manet in seculum seculi. Esai. cap. li. dicit Dñs iustitia mea nō dificit.**



Esai.lix.inductus est iustitia. vt bona Hierem. cap. xii. Iustus qui dē tu es Dñe Apost.ad thūmot. cap. ij. in reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quā reddet mihi Dñs in illa die iustus iudex sed alius arguere potest q̄ in Deo nulla sit iustitia, quia secundum Philos. v. Eth. cap. ij. Dñi ad seruum non est iustitia, nam iustitia in quadam equalitate consistit ad alterum sed Deus est Dñs omnium, ergo in ipso nō est iustitia, arguitur quia iustitia respicit debitū, Deus autē nulli debitor est, ergo in ipso non est iustitia, hanc questionem soluit Ricard. de media villa xlvi. dist. iiiij. sed iustitia potest accipi pro rectitudine volūtatis, quæ vult aliquem reddere vnicuiq; in distribuendo, vel commutando, q̄ ei debetur, & secundū hoc duplex est iustitia, scilicet distributiva, quam aliquis vult omnibus, qui sunt de communitate distribuere bona communia secundum debitam proportionis equalitatem, & commutativa quæ aliquis in commutando vult servare debitam equalitatem secundum quantitatem, commutativa iustitia proprie loquendo in Deo non est, quia nulli est debitor, ex legis necessitate & de bono retribuit ultra meritum, &
 3 de malo citra demeritū † Iustitia vero distributiva Deo est, omnibus enim distribuit bona sua, secundum debitā proportionis equalitatē, ad primum argumentum dicendum, q̄ licet Dñi ad seruum non sit iustitia cōmutativa, cū inter Dominum & seruum nō sit equalitas, eoq; omnia quæ sunt serui sunt Dñi, tamen Dñi ad seruos potest esse iustitia distributiva, quæ nō requirit equalitatem quātitatis sed proportionalitatis, quæ est equalitas quarum proportionum, quæ consistit in hoc, q̄ seruis proportionaliter retribuit, secundū merita sua, ad secundum dicendum quod quamvis Deus nulli creature sit debitor ex recepto, tamen debitor est ex promisso, nulli enim est debitor, nisi cui vult, si queretur quare vult, non respondeatur, nisi quia vult, cum voluntas sua sit prima causa, & si Deus nihil patiatur ex peccatis commis- sis, nihilq; eius infinite bonitati adaugeatur ex bonis commissis tamē malos punire, bonos p̄miare ex iustitia distributiva debet, quoniā sic ipse promisit dixit enim per Proh. psal. xxxvi. qui malignātur, exterminabūtur, & Apoc. cap. xx. ecce venio cito & merces mea meū est. dare vnicuiq; secundū opera sua, vnde sapiens in Prouerib. xi. simplicitas iustorū dirigit eos, & supplanta-
 tio peruersorū vastabit illos, & Prou. xiiij. Peccatores p̄sequetur
 I 2 malum,

malū, & iustis retribuētur bona, Apost. ad Galat. cap. vi. ait quae enim seminauerit homo, hæc & metet, hæc auctoritates sancto rū iustitiā distributiuā sumi Dei narrat ergo satis videtur q̄ agit cōtra iustitiā, contra se iustitiā habet, & ita q̄ magnā lapide lapide percutit, lapis ex reflexu iacentē percutit. Ideo vindictā facit Deus ob cōmissa peccata ab hominibus nō est querenda, si igitur ex offensione iustitiæ efficitur tibi inimicus, ergo ex pūtiōne certa de p̄fenti vel futura est efficiēdus amic⁹ vt ait Apost. ad corint. cap. iij. vnuſquisq; p̄priā mercedē accipiet secūdū la borē, & ad philipp. cap. vi. vnuſquisq; quo dūcunq; fecerit bonum hoc percipiet, ergo si malū idē percipiet Experiētia quæ est omniū rerū magistra docet, qualiter multi illi qui mala patiuntur, & boni bona merētur cū nullū malū impunitū & nullū bonū irre muneratū apud Deum remaneat, unde aquiescat vnuſ quisque & non assumat argumentum sibi contrarium.

S U M M A R I V M.

- 1 Animus est caput inimicitiae
- 2 Ira vindictam cupit
- 3 Vindicta est potior dilectione
- 4 Natura hominum est prona ad malum potius quam ad bonum
- 5 Vindicta tria pariunt principaliter bonorum consumptiōnem, vita p̄nitentiam animæ perditionem
- 6 Tria contraria nascuntur ex dilectione
- 7 Mandata domini trasgressoribus merces non datur
- 8 Animare ad obedientiam Dei tria nos debent
- 9 Excellentia legis reverentia Dei efficacia obedientia
- 10 Lex Dei, fuit semper bona
- 11 Obligato ad bonum repugnat libertati peccandi
- 12 Deus obligauit homines ad observatiā preceptorum propter iustificationem
- 13 Deus est liberalissimus
- 14 Dominus in conferendo præmium sua liberalitatis manifestatio nō tantum attendit, inamo etiam gloriae promotionem
- 15 Deus obligauit homines propter humilationem
- 16 Homo debet parere imperio sui creatoris
- 17 Homo per obedientiam cōsequitur bona temporalia spiritualia, et aeterna
- 18 Deus inobedientibus pacium non seruat.

S U M M A R I V M.

17 Obedientia est efficax ad imperandum bonum spirituale.
Et ad bonum aeternale.

Capit. 63.



V M † Animus sit caput inimicitiae, qui plenus, † Irae vindictam cupit, in eo etiā dilectio inest. Ideo cum vindicta simul non commemoratur, claram est enim quod in animo consistit & vindicta, & dilectio, sed non est querendum quæ potior quia secundum argumentum, † Potior videatur vindicta, quam dilectio, † Et hoc ex prona ex peruersa natura hominum ad malum, potius quam ad bonum, inclinata, sed est querendum quæ debet esse potior, sed vide animi qui fructus proueniunt ab utraque † Ex vindicta tria principaliiter nascuntur bonorum consumptio vita p̄nitentia & animæ perditio, ex dilectione autem tria contraria nascuntur, bonoru⁹ autio, vita lætitia, & salus animæ unde Dominus ait remitte mihi vindictam, quod ego retribuam tibi. † Nam qui sunt transgressores sui mandati, illis non datur merces eternæ vitæ † Tria enim sunt quæ nos ad Dei obedientiam precipue & principaliiter debent animare, primum est legis excellentia, secundū Dei reverentia, tertium obedientiae efficacia, † Lex Dei fuit semper bona; etiam data Moysi, quod tripliciter probat⁹, primo ex Moysi sanctitate, secundo ex Christi auctoritate, tertio ex legis bonitate, Moses fuit registrator sanctiss. amicus Dei, amator veritatis, & iustitiae sapiens Eccle. cap. xlvi. dilectus Deo, & hominibus cuius memoria in benedictione est, De⁹ Moysi dedit cor ad precepta, & legem vitæ, & discipline, erat vir mittissimus super omnes homines, qui morabantur in terra. Exod. c. 34 probat secundū q̄ lex Moysi à bono Deo fuerit data, Christi auctoritate Matth. ca. v. nō veni solueri legē, sed adimplere, si igit fuisset lex à Principe tenebrarū, nō impleuisset eā, tertio probat⁹ q̄ lex fuerit bona, ex bonitate legis, qđ lex illa hēs ordinabat ad bonū, illud precipie do, & malū prohibeo, nūc autē est lex, ne dū bona, verū etiā perfecta, respectu temporis Euāgelij, & legis gratiae

secundo quod nos inducit ad obedientiam Dei, dicitur reuerentia Dei, dictat equidem ipsa natura reuerentiam exhibendam fore summo Imperatori cali, terre, Angelorum, & hominum, omniumque creaturarum, hoc autem maxime sit, cum omnia mandata seruantur, ad que ipse homines ligauit rationabiliter, proper, tria primo propter auxiliationem, secundo propter iustificationem, tertio propter humiliationem, primo Deus rationabiliter obligauit homines ad obseruantiam mandatorum propter auxiliationem, vt sic haberet auxilium liberum arbitrii, quod poterat à bono desicere, & in malum declinare, si Deus reliquit hominem in manu consilij sui, dando ei libertatem arbitrii, videtur quod nullo modo debuerit addere obligationem precepti sed responderi potest. ^f Quod obligatio ad bonum, nō repugnat libertati simpliciter, sed repugnat libertati peccandi, quanto autem quis magis inherer virtutibus, & evitat peccata, tanto liberius esse censetur, cicerio in Paradoxis inquit, ab eruditissimis neminem nisi sapientem esse liberum, nam cū seruitus sit obedientia fracti animi, atque abiecti, & arbitrio suo parentis, quis negat omnes letes, omnes cupidos, omnes denique Improbos esse seruos. ^f Secundo Deus rationabiliter obligauit homines ad obseruantiam praeceptorum, propter iustificationem, decens namque est, iustum iudicem secundum merita retribuere, sed meritum & demeritum non habet locum, vbi nulla cadit obligatio legis, quare conueniens fuit, vt Deus hominem cui contulerat liberum arbitrium, secundum iustitiam remuneraret, qd si obijceretur quod maioris libertatis est dare aliquid sine merito, quam cum merito. ^f Et Deus est liberalissimus, ergo videtur quod debuit homini dare beatitudinem sine merito, & per consequens sine mandatorum obligatione, sicut hoc sit verū, ex parte dei dantis beatitudinem, sine merito, non tamen est tanta gloria, & excellentia ex parte suscipientis, quoniam ^f Dominus in conferendo præmium, non tantum attendit sue liberalitatis manifestationem, immo etiam & gloriæ nostræ promotionem, sed merita nostra non derogant diuine liberalitati, quia Deus renuerat ultra condignum, Ideo obsequij nostri non indiget Deus, sed nos illius indigenus Imperio. ^f Tertio Deus rationabiliter homines obligauit ad obseruanda mandata, propter humiliacionem, decens erat, vt homo Deum superiorem cognosceret, &

Dominum

Dominum suum se autem seruum & inferiorem, & si ad eius simulatum cancta mouentur, eique obediunt, vt insensibilia eleminta, terra, aqua, aer, ignis, plantæ, herbe, arbores, & peccora campi, fontes, flumina, Maria, volucres, cœli, pisces Maris, sol, luna, & stelle, & caelestia corpora, quanto magis ^f Homo sibi creatoris Imperio parere debet, sed heu? heu? quia in ordine creaturarū nulla est tam pertinax, tam presumptuosa, tamque temeraria ad contemnendum Deum, quam ingratissimus homo, qui continuo vindictam tam Deo inimicam exercet, & tamē vt ait August. ad eremitas ad nutum Dei, sol à sua via non deuiat, non huna, nō stelle, campi decorantur floribus, frondibus crispatur sylia, in nemore citharizat auicola, insensibilia & irrationalia obediunt Deo, solus homo Dei voluntati resistit, tamen in Deuterono. in cap. iiiij, ait custodite mandata mea, quæ ego præcipio vobis, Io. in cap. xiiij, si diligitis me, mandata mea seruate ^f Nam Deo est obediendum, quia per obediētiā assiduequitur homo bona temporalia, spiritualia, & æterna, tertio ad obediētiā Dei obedientiae efficacia nos inducit, est quidem obedientia efficacissima ad impetrandum, maxime tria bona, primum temporale, secundum spirituale, tertium eternale, tempore bonum impetrat prosperitatem, & rerum temporalium abundantiam, quod immortalis Deus Leui, cap. xxvi, sic declarauit, si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis & feceritis, ea dabo vobis pluuias temporibus suis, terra gignet germē suum, & pomis arbores replebuntur, apprenderet messium tritura vindemia, & vindemia occupabit sementem, & comedetis panem vestrum in saturitate, & absq; pauore habitabitis in tetra vestra, dabo pacem in finibus vestris, dormietis, & nō erit qui exterritat, auferat malas bestias, & gladius non transbit terminos vestros persequimini inimicos vestros, & corrueant coram vobis, persequetur quinque de vestris centum alienos, & centum ex vobis decem milia, cadent inimici vestri in conspectu vestro gladio, respiciam vos & crescere faciam, & multiplicabimini, & firmabo peccatum meum vobiscū, comedetis vetustissima veterū, & vetera nomina super venientibus projicietis, ponā tabernaculum meum in medio vestri, & nō abijciet vos anima mea, ambulabo inter vos, & ero vester Deus, vosq; eritis populus meus, promissiones quas audiuimus à Deo facta, in quibus temporalia bona

I 4 offeruntur,

16 offeruntur, possidenda obseruātibus Dei mandata † Sed cōtra inobedientibus sic Deus in eo. cap. cōminatur, si spreueritis leges meas, & iudicia mea contempferitis, vt nō faciatis ea quæ à me cōstituta sunt, & ad irritum perducatis pactū meū, ego hoc quoque faciam vobis, visitabo vos velociter egestate & ardore, qui conficiat oculos vestros, & consumat animas vestras, frustra feretis fementem, quæ ab hostibus deuorabitur, ponā faciem meam contra vos, & corrueatis corā hostibus vestris, & subiiciemini his qui oderunt vos, fugietisque nemine persequente, sin autem nec sic obedieritis mihi, addam ad corruptiones vestras septuplum, propter peccata vestra, & cōteram superbiā dilectionis vestræ, daboque vobis cælum desuper, sicut ferrū, & terrā eneam, cōsumetur in cassum labor vester, nō proferet terra gerimen suum, nec arbores poma pīebebūt, si ambulaueritis ex aduerso mihi nec volueritis audire me, addam ad plagas vestras usque in septuplum propter peccata vestra, immittam in vobis bestias agri, quæ consumant vos, & peccora vestra, & ad paucitatem cuncta redigant, desertereq; fiant vię vestrę, q̄ si nec sic volueritis recipere disciplinā, sed ambulaueritis ex aduerso, mihi ego quoq; cōtra vos incedam, & percutiam vos septies, propter peccata vestra inducāq; super vos gladium vltorem fæderis mei, cū quæ configieritis in vrbes, mittam pæstilentia in medio vestri,

17 † obediētia est efficax ad Imperandū bonū spirituale Dei, scilicet gratiam, amicitiam, & benevolentiam, hæc fuit illa decora virtus, propter q̄ Abrahā meruit audire Angelū, sibi per me metipsum iurauī, dicit Dñs quia fecisti rē hanc, & nō pepercisti filio tuo vnigenito, propter me, benedicā tibi, & multiplicabo semen tuū, sicut stellas celi, & veluti arenā, quæ est in littore Maris, possebit semen tuum, portas inimicorū fuorū & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meq; obediētia est efficax ad Imperandū bonū æternale quia Deus Benedicetus largitur eternæ vitæ præmium omnibus seruātibus eius mā data, sed tanta est humana nequitia, q̄ magis homines Diabolo obedire volunt, q̄ Deo, clamat Deus, non habebis Deos alienos & Diabolus dicit, sint tibi dij tui temporalia bona, quæ magis q̄ Deum diligas, noli scripturis credere, noli debita vota completere, superstitiones, incantationes, & diuinationes sectare, cultum Dei negligas, & contemnas, sacris locis atq; personis tenerentia nullam

nullam exhibeas, Ecclesiasticas leges atq; censuras despicias, voci quæ meq; obedias, vt Deum minime colas, clamat Deus non afflimes nomen Dei in vanum. Deus igitur semper bona docet, Dia bolus enim semper mala, fugiat ergo quisq; infidias diabolicas, & semitas Dei imitetur, cum tot inumerabilia beneficia quæ superius proposita sunt omnibus concedētur, & ex aduerso male agendo horribilia aduersa capiet. Ideo omissa vindicta tam Deo exosa, impleatur animus dilectione.

S U M M A R I U M.

- 1 *Virtus parit honorem.*
- 2 *Charitas est forma virtutis in ea est ordo.*
- 3 *Iustus est qui negligit damnum propter amicum.*
- 4 *Charitate caret qui non diligit inimicum virtus debet esse cum charitate, quia sine ea non prossit.*
- 5 *Verba debent intelligi secundum ordinem debitum.*
- 6 *Peccatum omne est actio voluntaria.*
- 7 *Peccatum si non esset voluntarium nullum esset peccatum.*
- 8 *Sylla malum vitam duxit.*
- 9 *Homo facit quidquid vili mediante gratia Dei.*

Caput. 64.



1 I virtus est præmiū honoris, virtus ergo parit honorem, cuius status non permittit lædi, & si ini mici diligerentur honor careret gratia acquisita † Verum à virtute nascitur honor, sed quod ob dilectionē inimicorum infusam gratia per dat, hoc longe distat à veritate, nam videndum est in quo genere versatur virtus, & dicendum est q̄ in charitate versatur, Ambro. ait † Charitatēm esse formam virtutis, animaduertit etiam quod in charitate est ordo, vt dicitur ii. cantorum introduxit me Rex in cellam &c. ordinavit in me charitatēm, &c. & ordinatus ordo est, vt Deum in primis diligamus super omnia, quia proximos meos odio habui propter Deum, iuxta illud Luc. xiiij. si quis venit ad me, & non

*Contra ar
gu. Mil. se
cul. lib. i.
xi. xx.*

non odit patrem, & vxorem, & filios, & sorores, non potest meus esse discipulus, &c. Deinde ut diligamus proximum sicut nos metipso, Leuit. in iii. & Marth. xxi. diliges proximum tuum sicut te ipsum, &c. animaduertendo quod charitas non querit, que sua sunt, secundum quod habetur. i. Corint. ix. qui in potius ex charitate homo sustinet detrimentum pro proximo, iuxta il-

lud Proverb. xii. † Qui negligit damnum propter amicum, iustus est, &c. cōsiderata etiam doctrina christiana, plus debemus diligere proximum quam corpus nostrum † Quia virtus sine charitate non prospicit, de necessitate virtus debet esse cum charitate, qui igitur non diligit inimicum, est sine virtute, & charitatē sed ex aduerso diligendo ne dum acquirit honorem verum etiā gloriam, pro ut fecerunt tot Martires qui dilexerūt occisores, ut aditus Regni cælorū aperiretur, & ita ob eorum virtutem, & charitatē extiterunt in celo, & in terra, Magnificati, sed si dicetur quod non omnes pollunt esse Martires, & quod honor non patitur ut inimicus diligatur, regula est quod attenditur illud quod est maius, nam verba debent intelligi in potiori significatu, unde si diceretur de urbe intelligeretur de Roma, & si tractaretur de oratore, intelligeretur de Cicerone † Nā verba debent intelligi secūdum ordinem debitum, Bal. in l. antiquoribus antepe. col. in vers. tertio sic verba C. de iu. delib. cū igitur tractetur de honore, debem⁹ intelligere de honore debito Deo, quo medium te obediētes eius mādatis cæteris honoribus secularibus etiam homines gaudent, vnde ut quisquis hoc consequatur, facile est vnicuique operari bonum propter causam originalem, nā si re-
ete, non nulli vero perniciosissime viuant, inueniemus profecto id prouenire ab vniuersusque libero arbitrio, & spontanea voluntate, hoc omnes sapientes asserunt, siue Philosophi, siue sancti, vnde Aristotel. 2. Ethic. cap. vii. ait iustum operari omne voluntarium est, & in iii. Ethic. cap. iiij. virtus voluntarium, & nihilominus & malitia voluntarium, & ibidem Beatus inquit nullus nolens est, Senec. in lib. de moribus ait † Omne peccatum actio est voluntaria, nā animus omni fortuna volenter est, & in vita que partem, ipse res suas ducit, beatèque ac miserae vite sibi causa est & Salustius in Iugurtino Dux atque Imperator vita mortuum animus est, hinc August. libro. v. de ciuit. Dei x. cap. dicitur

sunt nostre voluntates in nobis, & ipse faciunt quidquid volendo facimus siue bonū siue malum, in lib. vero de libero arbitrio, peccatum asserit usque adeo fore voluntarium † Quod si non es sit voluntarium, nullum esset peccatum, quod dictum sacri canones confitentur, sicut patet in dist. xlvi. cap. de iudeis & xv. q. i. cap. merito cap. illa xxiii. q. iiiij. cap. Nabuchodonosor ubi dicitur vas israel nunquam Deus redderet interitum, si non spontaneum inueniretur homo habere peccatum, & idem haberetur de sent. excom. cap. cum voluntate si liberum arbitrium est hominis, & si propter peccata mali damnantur, & propter iustitiae opera saluantur, boni nullus damnatur, neque saluat inuitus, & si diceretur quod liberum arbitrium propria natura violentari non potest propter vehementes passiones, & naturalem concupiscentiam, respondeatur quod nulla naturalis concupiscentia, quantum cunque intensa per natuitatem, vel per etatem necessitatē, vel cogit hominem adesse malum, & vitium in uoluntarie, eo quod per rationem unusquisque superare potest quascunque passiones, etiam potentissimas inclinantes ad malum, & hoc non solum constat ex sacris scripturis, verum etiam exemplis moralium philosophorum, senec. ad lucillum dicit erras enim si existimas nobiscum viae nasci, superuenerunt ingesta sunt nulli nos vitio natura conciliat nos illa integros ac liberos genuit, qualiter autem hi qui malicioſissimi videntur esse, si volunt boni fieri possunt, ostenditur valer. Maxim. lib. vi. de mutat. morum & fortunae ibi de lucio sylla sic loquitur luc. † Sylla usque ad quæsturæ suæ comitia vitam libidine vino ludicre artis amore inquinatam perduxit, qua propter cai. Marium consulem moleste tulisse traditur, quod sibi aspergium in Africam bellum gerenti tam deliciatus uestor sorte obuenisset, eiusdem virtus quasi p̄raptis, & deficitis nequicie qua obsidebatur claustris catenas iugurte iniecit manibus, Mitridatem compescuit, sociales bellum luctus repressit, ex his sati habetur † Quod homo facit quicquid vult mediata gratia Dei quam ipse habet quandocunque velit inclusam in sacramentis si igitur vera virtus est charitas, & si verus honor est Dei, poterit quisque honorem, & virtutem cum inimicorum dilectione possidere.

- I Dilectio, & inimicitiam in eodem subiecto stare non potest
Tamen diuisione & distinctione aut alio legitimo modo contrarieas
remoueri potest.
- 2 Inimicus efficitur s̄pē quem diligis.

Caput. 65.



OR P V S & anima in continuo motu viuunt, dilectio est motus inimicitia est pariter motus vehemens, vnde duo motus vehementes vt est † Dilectio, & inimicitia simul in eodē subiecto stare non possunt, hoc enim magis consistit in fuso, quam in veritate, quia licet de iure duo contraria simul stare non possint, l. vbi repugnantia. ff. de regul. iur. limitatur tamen iste regula, quando aliqua diuisione, distinctione, seu alio legitimo modo contrarietas remoueri potest, id omnino fieri debet, cum quelibet dispositio sic interpetrari ac intelligi debeat, ne sibi contradicat. §. quibus in prima constit. C. §. ceterum in auth. de fid. inst. cap. interdilectos de fid. inst. Dec. in conf. cxv. Alex. in conf. clxi. lib. vi. plectrum hoc potest concordari, amores dolores inimicitie sunt animi passiones, si igitur amor & inimicitia resident in animo, non ne potest unus reiterabilis esse † s̄pē enim accidit, quod quem diligis efficit tibi inimicus, ex aduerso fieri potest, quod inimicus dilectus efficiatur, quod fieri potest, si hoc cogitatibus si inimicus moreetur odium tuum cessaret, amplius non esset inimicus, pari modo si tu morieris, ille non erit tibi inimicus, non ignorantes ergo q̄ ambo estis morituri, ad quid perditio hæc, spernere consiliū Dei q̄ dicit diligite inimicos vestros, hoc enim dixit Dominus, quia non diligendo te ipsum offendis. & ita efficeris tui ipsius inimicus, & q̄ uæ est causa potissima, hæc quod clamorem Dei suadentis bonum despicias, & Diaboli blandimenta sequeris, Deus sudet hominem inuanitatis non versari, Diaboli ait esto p̄furius blasfemator, maledicto nomen sanctum Dei, ac omnium sanctorum suorum, ac Matris eius, nomenque meum in omnibus.

Contra ar
gu. Mil. se
c. in lib. i.
cap. xxix.

bus tuis operationibus frequens com̄memora, & Dei nomine in turpibus cantilenis admisce, clamat Deus sabbata sanctifices Diabolus ait diebus festiis nulla sit in te memoria Dei, nulla recordatio salutis propriæ, & eternorū honorū Ecclesiæ fugias & prædicationes Euangeli, ad quas si accesseris, nullam ferues, vano aspectu mulieres & viros conspice, vestibus inhonestis illis diebus utere ludo, chores atque tripudijs, tempus expendis & pro lucro temporali, si quid operis facere poteris facies, clamat Deus, honora patrem, &c. Diabolus dicit parentibus tuis infestis sis, disciplinam eorum & correctionem fuge, pietatem reuerentiam, & obedientiam eis denega contumelij illos affice, & si potes verbis, verbera adde, atque de domo illos expelle, clamat Deus non occides, Diabolus ait iniuriam noli suffere, summe de inimicis vindictam, da locum ire, percutere, interfice, & que non potes manu prosequere corde, clamat Deus non me chaberis, & Diabolus ait nullum sit pratum, quod nō petræfaciat Luxuria tua, non erubescas adulterari, fornicari incestum, molliciem, sacrilegium, & Sodomiam nefandissimam perpetrare, clamat Deus non furtum facies, Diabolus ait rape, depredare furare quantum potes, nulla sit tibi conscientia propter lucrum deperjurij, de mendacij, de fraude de simulationibus, de iniustitia de usuris de extorsionibus de malis contractibus, & de excommunicacionibus, clamat Deus non dices falsum testimonium contra proximum tuum, & Diabolus ait loquere sine mensura in dedecus aliorum, detrahe vicinis extraneis sacerdotibus religiosis prelatis Dominis Virginib⁹ viduis & coniugatis, clamat Deus non concupisces vxorem proximi tui, & Diabolus omnes mulieres quas uides concupisce, & voluptuosa mente desidera, clamat Deus non cōcupisces rem alienam, Diabolus ait appone cor tuum ad aliorum bona, desidera morte propinquorum tuorum, ut eorum bona ad manus tuas perueniant, & tamen sine cōparatione magis auditur vox diaboli, q̄ Dei, ò extrema demeria, ò stultitia pernicioſissima seruire Diabolo, propter eternis incēdijs, & relinquere Deū liberalē, & munificentissimū, qui seruus, & amicis suis polliceretur gaudia paradisi, ad quæ nos perducat infinita Dei misericordia, & ut ea de facili acquiremini, nobis licet & conuenit abstineere à motu inimicitiae, & in motu dilectionis uere, inimicum diligendo ob scelitatem ipsius amantis.

- 1 *Irae præsumptio non est in Deo.*
- 2 *Ignarus percutit Christum alapa.*
- 3 *Ignaro s docere maior est pietas.*
- 4 *Christus voluit prius honorari quam mori*
- 5 *Pharisei moti fuerunt inuidia aduersus Christum.*
- 6 *Inuidia est mala bestia.*

Caput. 66.

cōtra arg.
Mil. sec. li.
i.ca.xxx.



OMINVS noster Iesus Christus argui non potest, quod & ipse non dilexerit afflētētem qui alapam dedit ei, quando dixit si male locut⁹ sum testimonium perhibe de malo, hoc enim nec dici, nec imaginari potest, quia nō ignorabat Iesus contumelias, iniurias, & de-

- 1 *nique mortem pati debere † Vnde in eo non est capienda præsumptio ira, nam ira impedit rationem, qua semper Dominus vult fuit, vnde si dixerit cur me cedis, hoc enim afferuit vt ille qui male egit, percutiendo quem honorare, & adorare debuerat cognosceret, in quantam ignorantiam incurrisset, & propterea non est diecēdum, quod precūtientem non dilexit, immo in cōtrarium est veritas, quia videtur dilexisse, † Ostendendo cum il*
- 2 *lis verbis illum fuisse ignarum, † Nam maxima pietas est, igna*
- 3 *ros docere, vnde firmiter dicendum quod dilexit, manifeste patet, non ne habebat Iesus diuinitatem, & omnimodam potētiā, quando alapam recepit, non ne erat in potestate sua, vt ille non vteretur tanta audacia, vt illi vires in eleuando manum deficerent, vt in terram caderet, hic enim altissimum mysterium, capit, de quo mihi non liquet, sed tamen hoc duntaxat, dicam, quod omnia illa exercuit, ex quibus percipi & detegi eius ins-*
- 4 *nitus amor potest, † Nam prodiciorie occidi noluit, nam prius voluit honorari, cum in Hyerusalem cum magno applausu ingressus fuisset, canente populo benedictus qui venit in nomine Domini osana filio Dauid hoc enim permisit, vt viderent, quāti refert in honore esse, & postea nulla preuia causa esse delus*

verbis,

verbis, & re esse percussum sine accusatione, esse Crucifixum si-
ne delicto, hæc sunt quæ ostendunt amorem inusitatum, cui par
non esse potest, † Ideo commoti erant Pharisæi, & Scribi cōtra
piissimum Iesum ex liuore, & Inuidia quia non poterant suffer-
re, vt alicui maior honor exhiberetur quam ipsis, & propterea
nō est mirandum, si ita sequi fuerint contra innocentissimum
filium Virginis, ita obliquat Inuidia, vt rectū natura nō videat
vnde Seneca ad Lucillum Perit omne Iudicium cum res in affe-
ctū transit, hoc autem vitium satis infestat miseros mortales,
adeo vt vix possit aliquis immo nullus euadere laqueos inuidio-
rum, iccirco in presenti sermone multa occurruunt dicenda, † Et
principie, quod inuidia est bestia maligna, quæ semper offendit
virtuosos, & Sanctos Viros, Vnde Valerius lib. iiiij. de amore &
dilectione ait, nulla tam modesta facilitas est, quæ malignitatis
dentes vitare possit, & Seneca de consolatione ad Paulinum ini-
mica est semper alienis profectibus inuidia, Hyer. in Epitaphio
S. Pauli semper virtutes persequitur inuidia, hinc est q̄ omnes
Sancti Emulos habuerunt in Paradiso quoque serpens fuit, cu-
jus inuidia mors intravit in orbem terrarum, ipse quoque Dō-
minus noster Iesus Christus Zelo est Crucifixus, hæc est enim
illa Inuidia, de qua Sapiēs in cap. ij. quod scilicet per illam mors
intravit in mundum hæc est illa fera pessima, propter quam fra-
tres Ioseph eum interficere procurauerūt, & tandem vendide-
runt Hismaelitis, dicētes patri quod fera pessima deuorasset eū
hæc est propter q̄ Saul odio graui cōmotus fuit contra Dauid,
tentans sepius illum perimere, quod & fecisset nisi Ionathas præ-
moniisset eum, vt habetur primo Reg. Inuidiebat ei Saul, quia
post interfectum Goliath, & debellatos Philisteos, ad eum puel-
lę cantabāt, Saul percussit mille, & Dauid decemmillia, quid di-
cam de antiquis Romanis, qui toto orbe clarissimi, & suæ Re-
publicæ Zelatores fuere percipui, nō ne Inuidiæ mortibus lania-
ti exitare, patet hoc in Furio Camillo, vt ait Lilius, q̄ cum Ro-
manus exercitus per decem continuos annos magnas clades ac-
cepisset, creatus Dictator cum capanebus & faliscis maxima-
cum prosperitate conflixit, & victis duobus populis, p̄dām in-
ter milites partitus est, deinde Veientium Ciuitatem, obsedit,
quā tandem cœpit, ista victoria fuit eum tanta gloria Romano-
rum, quod Dictator sublati ad cælum manibus precatus est
quod

quod sicuti Deorum Romana felicitas nimis videtur eius in uictoria sub aliquo suo incommodo satiatetur, atque inter praes subito lapsu decidit, quod omnem secundum valerium ad suam damnationem que postea pressus est, pertinuisse traditur, nam postquam ad vibem triuphans rediit, tribuni multique cives Camilli virtuti emuli diffamarabant gloriā eius, cotendentes hostem prædam, non a quo iure fuisse diuisam, & ista pendente in uictoria salicotum ciuitate Romano subiugata Imperio oī inuidia non pacifissima, o virtutum emula, o pestilētissima omnium virtuorum inimica, ex dictis utique clarum est, qualiter ipsa virtus & sanctis quietem aut pacem habere nec finit, nec patitur. Ideo Iudices illi tales fuerant, & ita emuli quod quererbat causam, ut Iesum morti tradecerent quam non inueniebant, unde quis audit aut vidit unquam monstrosum ita horribile, ut absque accusacione, aut praevio delicto dedita opera homo innocēs morti tradiceretur Iudicium inhumanum & perniciōsissimum unquam auditum, aut in alio executum voluntarie per Iesū ob amorem nostrum suscepimus, ut celesti Regno gaudemini, o infinita misericordia, o infinita pietas, o infinite amor, postquam ipse dilexit nos tristis inimicos ad mortem, ad mortem autem crucis, quod maius est & tamen nos vultu despiciamus in vita inimicos diligere, o iniqua hominis coditio, o peruersa & nefanda voluntas, o crudelis & bestialis opinio, o ingratitudo sine fine & cōparatione non obediens præceptis illius, qui per te extitit crucifixus, si te illius doloris, afflictionis, & angustiae pietas non mouet, non ne hoc re mouere debet, medio tāta crudelitatis & ignominiosissima mortis loco damnationis salute tui ipsius acquisuisse si haec non cogitas, potes dici homo, sed non es homo, quia proprio homi dicitur animal rationale, sine ergo ratione vitam ducis, confidis fortasse quod honor non patitur diligere inimicum, memento, quod ait Proph. in Psalm. homo cum in honore esset, cōparatus est iumentis, & similis factus est illis: cogita ergo, & bene cogita, ut evites damnationem.

S V M M A R I U M.

- 1 Hyerusalem extitit destrutta ob peccata non ob vindictam.
- 2 Regnum celorum paratum est bene operatis, infernum male patitur.

Male

- 3 Male vivere & bene mori quis non potest.
- 4 Mors est stipendium peccati, gratia vita eterna.
- 5 Homo tenetur ad obedientiam, tenetur ad penitentiam peccatorum non obstante morte Christi.

Caput. 67.



F F E N S V S ab ignaro, vel furioso, vel ebrio, vindictam non curat, & tamē post mortem Christi in Hyerusalem fuit ferro, & fame afflita, & defracta, quod tanto magis ex vindicta factū ceteratur quanto q̄ Innocens ad mortem fuerit condemnatus, hoc enim non est ita percipendum

Contra Arg. Mil. secul.lib.i ca.xxi.

- 1 Quia ciuitas illa non extitit destrutta ob vindictam sed ob peccata, & si passa non fuisset penitentiam suorum peccatorum, impunita peccata remansissent, quod fieri non potest, nam falsum est præceptum illud, quod quilibet teneatur reddere rationem vilificationis suę, ex qua quidē redditione quilibet sustinet pondus suum, & si hoc non foret, unusquisque remaneret damnatus, quia in peccatis mergeretur † Nam sicuti ob bona opera paratum Regnum celorum conceditur, ita ob mala onera infernum paratur nec putat quis male vivere, & bene mori, nā hoc est impossibile, peccata Iudeorum ita expostulabant, quod ne dum ciuitas Hyerusalem destrueretur, verum etiam ut eorum Regnum demoliretur, quia præceptis Domini non obedierunt, sed illis spretis existimabant eum magnum, sed quid peius & si videlicet cecum natum illuminatum, interrogabat patrem & matrem eius ut eorum testificata peruerteret, & licet non ignorauissent infirmos eius opera sanos effectos fuisse, & quod maius est mortuos resuscitasse, hoc non ne erat horribile, quis potest talia facere, nisi qui supremus est omnium rerū, vel qui gratiam ab eo consequitur, & tamē increduli exriterunt, unde ex eorū pertinacia strage illā substinerūt, quia ut ait Apost. ad Rom.c.vi.† Stipendia peccati mors, grā autē vita eterna in Christo Iesu domino nostro, hoc enim habuit locū etiā in eius discipulis, nā iudas cū cognouisset Magistrū suū in manibus Iudeorū tradidisse, pro eius penitentia laqueo se proprijs manib⁹ suspedit. Beatus Petrus cui Magister
- 2
- 3

K antequara

anteq; Gallus cantet, ter me negabis, q; ita fecit, licet dixerit & si oportuerit me teccum mori, nō te negabo, ductus pænitentia exiuit foras, & amare fleuit, cum vidisset mēdiatum perpetraisse, & si diceretur q; Dominus noster Iesu Christus præciosissimo sanguine suo redimerat omnia peccata, & q; propterea non erat necessaria alia pænitentia, hoc enim distat à veritate, quia mors Dñi nostri dūtaxat liberauit nos à peccato originali, quod gutta sola sanguinis fuerat habilis ad redemptionem, sed tamē vt eius amor detergetur, talē ac tātā acerbissimam mortē substituit, cum aliunde maius amor percipi non possit † Sed nō se quitur propter hoc q; homo nō tenetur ad pænitentiam peccatorum suorum, hinc est q; eorum incredulitas causa fuit, q; omnes damnati perierunt, tamē incredulitatem souere nō debuissent, cum Iesus in Regno illo natus ex virginē fuisset, cū infans in templo cum eorum Rabinis disputauisset, & tot miracula fecisset, interque hoc memorabile fecit q; quinq; mille sciauit tubis piscibus, & quinque panibus ordeaceis superstitibus postea duodecim cophenis fragmentorum, si hec non mouerūt eorum peruersum animū, quis eos non fore pena dignos cogitat, hoc īgirur Deus non permisit ad vindictam, sed vt merentibus pænitentiam, pænitentia, & gratiam, gratia dentur.

S V M M A R I U M.

1. *Homo afferit honorem esse filium amoris*
Amor diuinus suadet viam cælestem
2. *Humanus propriam voluntatem.*
3. *Christus mortis sue fuit memor.*
4. *Deus docuit nos esse memores inmensæ charitatis sue.*
5. *Deus fecit omnia ad salutem nostram.*
Ibi vide exempla humilitatis Christi per totum.



E V S est totus amor, in eo non detegitur nisi **Contra av** amor, omnes eius, actiones consistunt in **more g. Mil. sec.** sed amor eius insusus in homine, eo nō vt **amo lib. i. cap. xxxv.** re diuino vtitur homo, sed vt propria voluntas amor ille effectus est † Hinc est quod homo asserit honorem esse filium amoris, longa ergo est differentia inter amorem diuinum, & amorem detinentem hominem † Nam diuinus amor docet, suadet cælestem viam, humanus autem amor non respicit nisi propriam voluntatem, quasi quod homo hic habeat sedem permanētem, & tamē vita eius est ita breuis, q; veluti flos egreditur nam si ante oculos apponere, q; Iesus docuit. Io. in cap. xij. exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum Ego feci, ita & vos faciatis, equidē animaduertet exemplum, q; Christus exhibuit memorandæ mortalitatis † Ipse enim memor erat mortis sue, q; Euāgelista exprimit, dicens ante diem factum paschæ sciens Iesus quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad patrem, pro quorum declaratione, tria sunt notanda, primum q; Pascha passio putata est, iu hebreia lingua transitus dicitur, propterea quod tunc primum pascha celebrauit populus Dei, quādo ex egypto fugiens rubrum Mare pertransiuit, vel dicebatur pascha Iudeorum transitus, eo quod tūc Angelus transiit per Egyptum intersiciens primo genita Egyptiorum, & filios Israēl salvans, secundum paschale festum apud Iudeos incipiebat à vespera diei, in qua luna erat xij. dies autē festius apud eos incepit à vespera vixis diei, & durat usque ad vespérā sequentis diei, leuit. cap. xxij. dicitur à Deo à vespera usque ad vesperum celebrabatis sabbata vestra, & sic dies paschæ solennis erat luna xv. propter quod eundem diem Io. nominat ante diem factum paschæ propter naturalem distinctionem diem, Marcus nominat primum diem azimorum, quia à vespere præcedenti diei incipiebant comedere azima, quare secundum omnes theologos tenēdum est, q; Iesus fecit cenam luna xij. & passus est luna existente xv. tertium notandum, quod sicut Christus recordabatur mortis de proximo sibi imminentis, ita & qui vult communicare mortem Christi ad suam mentem reue-

care debet, si hoc quis consideraret atrox Dei imitaretur ne contenderet, quo d. amor datus sit à Deo, & quod ab amore nascatur honor, hoc enim verum est, sed intelligitur de amore erga Deum, & proximum, & de honore debito Deo † Vnde docuit nos Deus, ut memores sumus immensæ charitatis suæ, qua nos dilexit, itaque Christus dilexit seruos suos iustos, & sanctos Reos & peccatores pro eis patiendo, & moriendo, vnde Apost ad Rom. iii cap. v. inquit commendat suam charitatem Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus Christus pro nobis mortuus est, si ergo Christus tantum dilexit nos ut sanguinem suum & vitam daret pro nobis, nos debemus & illum diligere, ac pro eius amore proximorum odia deponere, an nō iniqui heretici vel ingrati habendi sunt illi, qui Christum non diligunt, pro quibus mori dignatus est, propterea scribitur in cap. iteratur de consec. dist. iij. semper Christi mors per seculi vitam posteris est nuncianda, vt discat qua charitate dilexit suos, qui pro eis mori dignatus est, cui omnes debemus vicem charitatis redere, quia ad hoc prior dilexit nos, cum essemus gehenne filii, vt eum diligemus, à morte fam liberati, vnde cassio. in lib. de dilec. Dei, art alloquens anima sic, audi anima mea, & auribus percipe diuinam clementiam, quis abyssi tam ineffabilis gratae considerauit, quis de fonte tantæ dulcedinis gustauit, & non avarit, quare non diffundis in Deum vniuersos affectus, quos dirigis vanitates & insanias falsas cur queſo diligis aliquid preter illum, qui tam benigne, tam misericorditer à tot miseris redemit te, aſſidua meditatione reuolue, qualiter vnigenitus Dei patris eum effet splendor, & figura substantiae eius, post exinanitionem usque ad formam ferui post lachrimas, post labores, post sudores, post contumelias, post flagella, post spuma, post liuores, post coronam spineam, pro te affixus in cruce quandoque pependit, manus eleuabat ad patrem in sacrificium vespertinum, vt te ad amplexus amicabiles imitaret, vide anima mea ne ingrata sis, in tanto cumulo beneficiorum, ingratiudo enim est peremptoria salutis, Christus igitur conspiciebat hominem, quod nō diligit, conqueritur de illo, inquit Angust. in lib. contra heres, cū esse unicus patris mei recōciliari te, cū inter mortes & filios errare, q̄fui te, humeris meis portau te, laborau, sudau, capi-

meum

nitem sp̄ipis apposui, manus mēas, & pedes clavis obiect, lamœca latus mēum aperui, vt tē mihi copularem, & tu diuideras à me, in hōc enim vertitur diuinus, quod homini incognitus est amor diuinus, diuina taxat rebus humanis incumbit, in eo legitur veluti speculo intuendum est † Postquam omnia ad salutem nostram fecit. Ideo docuit etiam nos libenti animo aduersa tollerate, & in tribulationibus esse patientes, quod percipi potest, quia & ipse tolleravit Iudam proditorem suum ēquum, & patienti animo, quem in cena retinuit, communicauitque eum, cum alijs discipulis, he elus peccatum occultum faceret manifestum, vt habetur in i. q. i. ca. Christus & hoc Euangelista expressit, cū dixit & cena facta scilicet quantum ad eum agni paschalis, nō tamē completa quantum ad alia cibaria, non ignorabat Dominus, quod Diabolus misserat in eius cor, vt eum tradaret Iudei, & tamen quanta erat patientia Benedicti Iesu Christi, quando in cena illa respiciebat proditorem, videbatque cor eius malignum, & tamen non ejiciebat eum, non ostendebat sibi turbulentam faciem, non inferebat contumelias illi, & conuicia, sed modis omnibus mansuetissimi quantum in fe erat, quarebat retrocare illum, à cogitatu maligno o. patientia inuictissimi Christi Iesu benedicti, hanc docuit nos, verbo. cum dixit, Luc. cap. xxi. in patientia vestra possidebitis animas vestras, Matth. cap. v. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, si igitur hæc essent in corde tuo, equidein inimicum diligeres, contra hoc enim argis, quia in prosperis huius mundi solum fiduciam tenes, in quibus tamen nulla fiducia est habenda, vnde Euangelista scribit, surgit à cena & ponit vestimenta sua id est deponit, per hoc innuens deponendū esse omnem seculi huius affectum, neque confidendū esse in bonis vita præsentis, quod d Hiero. scripsit in Epistola ad exuperantium, si fieri potest imitare Ioseph & Egyptie Domine pallium derelinque, nudus Christum nudum sequere, nec solum à Christo eiusque sanctis, verum etiam à gentilibus sape monemur, vt huius vita gaudia paruipendamus, respuamusque omnia bona eius, vnde Seneca ad Lucillū ait, noli huic tranquillitati confidere, & iterum ad eundem clamō, vita te quæ vulgo placent, qui casus ad omne fortitum bonum suspicioſi pauidique subsistite, & fera & pescis sape aliqua obli-

Etatione decipitur, munera ista fortunæ putatis, insidiæ sūt, quib[us] quis vestrum tutam agere vitam volet, illa fistata beneficia deuinet, quam plurimum in quibus hoc quoque miserimi fallimur, quod Deū habere putamus, in præcipitia cursus iste deducit, & huius eminentis vita exitus cadere, est insistere ergo in uano honore huius seculi, qui est sine forma, sine ratione, sine lege, quia duntaxat consistit in eo, qui tibi magis placet, & quæ putas tibi magis prodeesse verbis, aut re adeo quod positus est in mera voluptate, & humana superbia, quæ tam Deo odiosa est, qui nos docuit humilitatis exercitia, de quibus Euangelista subdit, Deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & manibus proprijs contractantem & lauantem pedes illos sordidos, & lutuosos, interroga eum anima mea, & dic illi cur o bone Iesu, tantum te humilias, vt defatigatus, & made factus sudore, pedes discipulis tuis laues, & respōdebit tibi protinus, o anima mea charitas q[uod] me traxit vsq[ue] ad exinanitionē, q[uod] que ad formam serui, ipsa me sic humiliare cōpellit, quinimo & maiora humilitatis officia suscipere coget, cum die crastina crucifixus, & nudus cum latronibus deputabor, sed discite à me omnes, quia mitis sum, & humiliis corde, si haec deuota mente, & pio corde cogitabis, eris tibi ipsi ita crudelis, vt eum qui te creauit, qui te nutrit qui te saluum fecit, non imiteris, ille enim pro crucifigentibus eum orauit, dicens Domine ignosce illis quia nesciunt, quid faciunt, tu autem pro minima quaere, ne dum proximum odio habes, verum etiam offendis, & saepe occidis nulla, iniqua & perfida imaginatio est à Diabolo tibi ante oculos prorecta, quæ te non capiat, & dominat & q[uod] totis viribus non procures exercere, non omitendo quocunque genus sceleris, heu? infelix cogita finem, saluus es effectus sanguine præciosissimo, & damnationem queris, quam inuenies, nec postea pénitentia habebit locum. Ideo qui cupit ad illam magnam cœnam admitti, in qua omnes electi paſcuntur, reficiunturque beata visione Dei, dimittat amorem huius seculi, & diuinum amorem amplectatur in quo maiorem honorem consequetur in diligendo inimicum, quam victoriam in offendendo.

S V M M A R I V M.

- 1 Animam si damnas ob iniuriam, eam remitte salua erit.
qui damnat saluare potest.
- 2 Dei voluntas est causa rerum.
- 3 Felicitas Merelli.

Caput. 69.



E R V S est amor patris magnus in filium, sed non ita amor filij in patrem, Deus est pater, nos vero filij sumus, vnde si Deus nobis omnia dedit, inter que extitit honor firmamentum virtutis, qui ex iniuria recepta dānat animam, Ideo inimicus ex hac causa non est diligendus, immo in contrarium est veritas, nam argumentum retorquetur,

Contra
Arg. Mil.
sec. lib. i. c.
xxxii.

† Quia si anima damnas ob iniuriam, remitte iniuriam, q[uod] anima erit salua, & magnum est, quod qui damnat saluare potest, vna & eadem causa est in potestate tua, mediante gratia Dei, quam de facili nemo est, quin eam acquirat, dummodo mundum contemnet inuigilando accuratissime, ne à blanditijs proditoris mā di decipiatur, allicit æquidem nos apparenti scuauitate, dulcique armonia bonorum temporalium cui si præbemus aures mentis, immemores facti glorie celestis, ruerimus in pelagus vastissimum Inferni tenebroi, sicut illi qui syrenarum cantus euitare non curant, de quibus Hiero ad Matrem & filiam in galis commorantes narrant gentilium fabule cantibus syrenarum nautas in saxa præcipites, & ad orphei citaram arbores bestiasque vt silicium dura mollita, hinc & Hiero in prologo Iosue dicit, nos ad patriam festinantes mortiferos syrenarum cantus furda debemus aure pertransire, propterea saluator noster in omni vita sua verba, & exemplo contemnere mundum nos docuit, pro cuius contemptu mansuetudine, & humilitate semper vslus fuit, & quoniam rarissimi sunt qui eius exemplum sequantur, quia plures dilectores, quam contemptores mundi in-

veniuntur, Iccirco videndum quare mundus sit contemnendus, ex tribus enim contempti debet, primo ex ratione diuinæ ordinatio secundo finalis consummationis tertio maligne conditionis ordinavit enim Deus ut homo diligeret ipsum Deum summum bonum, non autem mundum, vnde Magister sent. i. dist. secundi lib. ait fecit Deus rationale creaturam, ut summum bonum intelligeret, intellegendo amaret, amando possideret, possidendo frueretur sed pro intelligentia tria sunt de mundo consideranda, primus causalitas secundus temporalitas tertius unitas virtutum scilicet causâ efficacis, productus in mundi fuerit ipse Deus, & circa hoc, sicut tres opiniones, prima philosophorum q[uod] nescientes intelligere quomodo aliquid fieret ex nihilo, Ideo multa falsa de mundo locuti sunt, vt patet de Democrito, & Epicuro, qui ut laetantius ait. i. d[icit]. inst. dixerunt omnia fortuita esse facta. Arist. i. phisico. & in ii. de anima & in. i. de generatione q[uod] mundus erat factus ex principiis existentibus, scilicet materia, & forma, sed forme latebat in materia, anteque intellectus illas distinguueret. Platonici vero posuerunt mundum ex principiis existentibus materia, & forma, sed materiam posuerunt per se & formas separata, omitto quodquid alij senserint, qui erruerunt, quia nescierunt contemplari omnipotentiam Dei, quae ex nihilo potest facere aliquid, vnde ex nihilo creauit Angelos, ex nihilo materialm primam, ex nihilo creat animas nostras, Genes cap. i. Secunda opinio est hereticorum nam Manichei ut commemorat Aug. in lib. de natura boni ponentes duo principia unum scilicet Deum omnium invisibilium, aliud Diabolum omnium visibilium, dixerunt mundum istum visibilem, factum fuisse, atque productum a Diabolo tenebrarum Principe, sed de hoc nec ultra verba facere intendeo, tertia opinio est vera sanctorum q[uod] mundus sit productus a Deo, q[uod] Ecclesia in symbolo Apostolorum predicit creatorum celi, & terrae, & in symbolo patrum factorum celi, & terrae visibilium omnium, & inuisibilium, quae veritas habetur ex utroque testamento, vnde sapiens Ecclesia ait unus est altissimus creator omnipotens, Rex metuendus nimis, & Iudith. cap. xiii. Benedicetus Deus q[uod] creauit celum & terram, David in psalmis tuis sicut celi tuus est terra, orbis terrarum & plenitudine eius tu fundasti aquilonem, & Mare tu creasti. Macrobius lib. i. de somno Scipionis ait. Deus qui prima causa est, vocatur unus omnium q[uod] sunt queque, videtur esse Princeps & origo est, ex quibus considerare debemus q[uod] admiranda sit sapientia creatoris quam timenda, & veneranda

da potestia, q[uod] ve laudanda, ac benedicta bonitas, q[uod] nobis sunt notissimi, dum inspicimus mundum istum ab illo productum de nihilo, in quo omnia sunt ornatissima, & ordinatissima, & nihil est superfluum aequum diminutum, secundum de mundo declarandum dicitur temporalitas & hic videndum utrum mundus fuerit a Deo productus ex tempore, aut ab eterno, Aristoteles tenet mundum fuisse ab eterno propterea quia primo Physico dicit, quod materia est ingenita & in primo de Cielo. & Mund. q[uod] calidus est ingenitum, sed quicquid Aristoteles & ceteri Philosophi senserint de eternitate mundi, a nobis patui faciendum est, quoniam scriptura sacra testatur, mundum non fuisse ab eterno vnde Proterius. cap. viii. Sapientia Dei, Deus Dei filius, cum patre eternus, & cum Spiritu Sancto, ait Dominus possedit me in initio viarum, antequam quicquam faceret a principio, ab eterno ordinato sunt, & ex antiquis antequam terra fieret, ipse adhuc Iesus benedictus incarnatus, Iob. cap. xvii. inquit Pater clarifica filium tuum, claritate quam habui, antequam mundus fieret, unde de aperte inuitum, mundum ab eterno non fuisse ratio est + Quia voluntas Dei, est causa rerum, cap. reuera & cap. omnia de consecrat. dist. ij. Tertium de mundo declarandum dicitur unitas, circa quod queritur utrum mundus sit unus, aut plures, Anaxagoras & Democritus dixerunt esse infinitos mundos, tamen scriptura mundum nominat in singulari, quia unus est, & non plures, ratio est, quia unus est ortus in rebus creatis existens propter ream mundus dicitur unus unitate ordinis, secundum quod quedam ad alia ordinantur, nam quaecunque sunt a Deo ordinem habent ad inuicem, & ad ipsum Deum, quare necessaria est, quod omnia ad unum mundum pertineant, hinc Aristoteles. cap. xi. Mechanicus ex vultate ordinis in rebus existentis concludit unitatem Dei gubernantis, fecit ergo Deus unum mundum, licet constet ex diversis distinctisque partibus, & naturis omnium vero quae sunt finem voluit esse hominem rationalem, secundum illud Philosophi, sumus quo tammodo finis omnium eorum quae sunt homo dicitur finis sub fine, sed Deus est finis principalis, & ultimus, quoniam omne officium, omnem motum, omnemque operationem cuiuscunque creaturæ naturæ Deus ad unum hominem deputauit illi seruient elementa, obsequuntur cœlestia corpora, & assistunt ad custodiā Angeli, & cur ista nisi ut omnia diligent benignissi-

nigissimum Deum, qui non ideo fecit mundum ad usum hominis, ut inde ipse contemneretur, sed potius ut ab homine cognosceretur & amaretur propter tota exhibita beneficia, ò igitur ingratissima anima, quae creaturam in amore proponis creatori tuo bonum summum increatum negligis, atque spernis pro bono vilissimo & creato, non ita anima peccatrix sed vigila & cælum contempla, & ibi Deum cretorem benefactorem glorificatorem tuum tibi dicentem atque clamantem, noli diligere mundum, dilige me, qui illum ad te tam ordinate creaui, noli obliuioni tradere me, noli pro momentanea dilectione perdere eterna gaudia, & obligare te ad eterna supplicia, secundo mundus est contemnendus, quia finietur hoc attestantur sacre scripture omnesque Doc. id tenent, & confitentur, unde lo. in i. cap. & ii. ait transit mundus & concupiscentia eius, Apostol. ad corinth. c. vii. ait præterit figura huius mundi, & Christus luc. c. xxi. Marc. cap. xiiij. Match. cap. xxiiij. celum & terra transibunt, sapiens Ecclesiastes omnia tempus habent, & suis spacijs transiunt universa sub sole, Genes. in cap. xii. inconueniens est dicere, mundum eternum quæ cū videmus passioni subiectū, & per singula senectute deficere credimus, tertio mūdus est contēndens ratione malignæ cōditionis, ex triplici causa, prima falsitatis, secunda vanitatis, tertia dāabilitatis, prima igitur cōditio est falsitatis, sunt nāque hec bona huius mūdi falla, nō vera si in eis finis cōstituatur, quoniā ad ueritatē boni q̄ nos beatos facere debet, requiri exclusio omnis mali, & cuiuscunq̄ cōtrarij, sed in hac vita nullus uitare pōt labores, dolores, angustias, calamitates, & erumnas, quibus præmitur mortaliū genus, ex quo Hiero. ad heliodorū de vita Nepotiani ait vbiq; luctus vbiq; gemitus & plurima mortis imago Boet. lib. ii. de cōsol. quis est inquit tā cōposita felicitatis, ut nō aliqua ex parte cū status sui qualitate rixetur, araxia enim res est humanorū bonū cōditio, & que vel nunquā tota proueniat, vel nunq̄ tota perpetua subsistat, Iccirco nemo facile cū fortune sue cōditione cōcordat † Quare quasi pro miraculo narratur felicitas q. Metelli, de quo Valer. lib. viij. de felicitate ait q. Metellum nasci in orbe terrarū. Principe voluit fortuna, parētes ei nobilissimos dedit, adiecit animi rarissimas dotes, & corporis vires, ut sufficere laboribus possit, vxorē pudicitia, & fecunditate cōspiciā, cōsulatus Deus Imperatoriā potestatē speciosissimi

sissimi triumphi prætextum largia est, fecit ut eodem tempore filios tres consulares, unum etiam Censorem trimphalem videt, & quartum Prætorem utque tres filias nuptui daret, earum que sobolem suu exciperet, hunc vitæ actum eius finis contentaneus exceperit, nam ultimo senectutis spacio defunctum, lelique genere mortis inter oscula complexusque carissimorum pugiorum extinctum, filij & generi humeris suis per urbem latum togo imposuerunt, sed rarissima sunt huiusmodi exempla, propterea dicit Lucanus Fælix qui potuit mundi euitare ruinas quinimo audiuntur omnium Regum omnium Principium, omniumque magistratuū, s̄epius defendæ querelæ, nec potest ali quis dici perfidere, quin tamen clamet, & dicat heu? mihi, quia circūderunt me mala, patet exemplo, quod Cicero refert in lib. de finibus bonorum & malorum quod etiam recitat Valerius de mutatione morū & fortunæ, Plinius in historia naturali Polycrates inquit samniorum Tyran⁹ adeo fortunam sibi obsequio sam habuit, quod omnia desiderata perficiebat, ad moderādā igitur fortunæ inuidiam sumpto in manu annullo, quæ præcio sum possidebat, in Mare, iecit, sed inopinatē illum repente recuperauit, nā post dies paucos à pescatoribus piscis captus, qui annulum sorbuerat, tyranno donatus est, accidit tandem quod aduersus Darium Persarum Regē duxit exercitum, & quod Orūthes præfectus Darij illū fuderit, ceperitque & in summo magalensis montis uertice suspendi iuixerit, & relictus anibus laceradus qui ubique felicissime in terra uixerat in aere miserime expirauit, lögum esset infelicitatem aliorum enarrare, ut de Nino assyriorum Rege, ut de Baldefare Rege Babilonis, de Dario Rege Persarum, & Cyro, ut de Xerse, & Alexandro Magno, qui post tot celebres gloriofasque victorias, subiectionemque universa Asia immo penā totius orbis, per Cassandru filium Antipatris venenatus fuit, sed non est tacendum de Romanis, qui tā tuū potuerunt, vbi sunt, in Inferno, & si istis potentioribus ita euénit, quid euénire potest nō habenti timorem Dei, p̄ ut est ille, qui non saluat animam suam, in diligendo inimicum, nam hoc modo mundus ab eo contemnetur.

3 V M M A R I V M.

Aniāam perdit qui occidit vel occiditur.

Campionum concedenti denegatur sepultura.



V. Iacepit iniuriā, cum ex aliqua impotentia repulsarē nō valeat, nē p̄dat animā ob iracūdiā minus malū est, vt inimicum prouocet in duel lum, stante quod a lege in aliquibus casibus fuit permīssū quod nō foret, si omnino esset prohibitū, inualidum est argumentum, † Si timet perdere animam, propter iracundiam, dicat mihi, si prouocat in duelum, & ibi occidat inimicum, vel occidatur non ne perdet pariter animam, certe quod sic, quid igitur faciendum sit ex alqua causa existente impotentię vindictā summere nequit Deus qui cuncta videt, & regit, permisit eum esse impotentem ne eius anima damnetur, & illum magis videtur dilexisse quam potenterem qui ob eius potentiam male versata inimicū damnatur, & ita impotentia iuuat, prouocatio duellaris est penitus penitus omni iure prohibita, de iure Ciuli, & Pontificio quibusdam tamē gentium mōribus receptum fuit, & præsertim à Federico Enobarbo Imperatore vt not. Alc. in capit. iiiij. & vj. de singul. certamine, sed hodie est duelum omnino reprobatum, per Cōcil. Trident. in Sess. ix. nū. xix. dēstabilis duellorum usus fabri cante Diabolo introductus, vt cruentia corporum morte animarum etiam perniciem lucretur, ex Christiano orbe penitus exterminetur Imperator, Reges, Duces, Princeps, Marchiones, co mites, & quocunque alio nomine Domini temporales, qui locum ad Monomachiam in terris suis inter Christianos cōcesserint, eo ipso sint excommunicati, ac iurisdictione, & dominio Ciuitatis Castrī, aut loci, in quo vel apud quem duelum fieri permiserint, quod ab Ecclesia obtinent priuati intelligentur, & si scūdalia sint, directis Dominis statim acquirantur, & qui pugnam commiserint, & eorum patrini excommunicationis, ac omnium bonorum suorum proscriptiois ac perpetua infamie pñnam incurrant, & vt homicide iuxta sacros canones puniri debeat, & si decesserint in conflictu Ecclesiastica sepultura careant, si diceretur quid facere debeat iniuriatus, responderet, quod tutius erit remittere iniuriā, potius quam eam vendicare, cū ex vindicta amittet anima, & ex remissione saluetur,

- 1 Patientia aut misericordia sine dilectione mercedem habet,
- 2 Amicum diligens mercedem consequitur.
- 3 Abyssus deitatis habet inumeras perfectiones.



O N est ignorandum, quod sola dilectio inimi ci cor-natur merce, nam † Patientia aut misericordia sine dilectione, mercedem habet, attestatur Apostol. si distribuero facultates meas in cibos pauperum, & charitatem non habeam nihil sum porto charitas est duplex, humana sci licet, & diuina, hec generosa, vilis illa, haec inimicos diligit, odit illa, sine hac nec patientia, nec humilitas, est calo digna vt nata de terra cælum contingere nequit, vides plane nihil omnia vale re, sine dilectione inimicorum, & si Eleemosyna aut patientia va let, eo valet, quia dilectione inimicorum comitata relucet † Qui igitur amicum diligit mercedem habebit, nec enim minus diligē debet amicus, quam inimicus, quod facere potest, vt vir iustus, sed si fecerit amicitia mercedem diuinam, & etiam humanam, nam iustus vt palma florebit, deinde magis honoratur si pepercit inimico, quam si vindictam fecerit, quia patēdo imi tatur Iulium cæfarem, qui magis delectabatur parcere, quam pe nam alicui imponere Tiberium, Alexandrum Magnum, Filippum Macedonem, ac quam plurimos alios Reges, & Princeps & etiam animaduertendam est, † Quod in abyssō deitatis sunt innumeræ p̄fectiones, sunt in sole illo infiniti splen dres, & monte illo celsissimo sunt infinitæ celstudines, sed que Deum nobis monstrabit, sola est dilectio inimicorum suorum, Ideo ita dicit estote perfecti, vt diligatis, sicut pater perfectus est, quia diligit sibi aduerlantes, sane patientia opus perfectum habet, sed patientia multo est, quam dilectio inimicorum inferi, ergo minus est iniuriā habere, & eam patienter suffere quam patientiam suffere, inimicorum diligē los in hoc stat difficultas quod nunquaque sustinere valcat, vel saltē vnum ex illis.

lis vnde faciendum est illud, quod magis gratum est Deo, prout est diligere inimicum, cum non sit bonum insistere in symbolo grammatico, quod diligere sit minus perfecte amare, & si ita intelligendum est, bene se habet, quia est minus amare respetu facilitatis amandae rei, tam Deo grata, quam aliud amare, & eo etiam quia in sacris scripturis sic vtitur illo verbo diligere, vt ait Io. in cap. iii. sic Deus dilexit mundum, vt filium suum unigenitum daret, vt omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam æternam, Christus dicit mandatum suum esse, vt diligamus inuicem, intelligendum est vt diligamus inimicos, Ideo nisi illos diligamus, in cælum non ibimus.

S V M M A R I V M.

- 1 *Dei præscientia est.*
- 2 *Petrus fuit incapax mortis domini.*

Caput. 72.



I Beatus Petrus unus ex discipulis Iesu Christi, à quo mandatum habuit ex ore proprio, quod diligat inimicum, quare abscondit auriculā Malcho, nulla ratio eū huadebat, vt hoc ageret, erat discipulus, Magistrum cognoscebat, eius potestia non erat incognita in eo fides ardebat † Do minus autem præsciebat, quod ita erat facturus, & tamen hoc permisit, quod fuit cum maximo mysterio, vt Iudeorum animus ascendereetur, si Deus miserat eum in mundum, vt mundus per eum saluetur, necessitas vrgebat, vt aliqua suspicio saltet oritur, quæ iudicium animum moueret ad machinandam mortem Iesu Christi, hinc est quod cū haberet discipulos res noua ipsis videbatur, videre hominem nouā doctrinā docere, & multa faciéte signa, & quem discipuli sequebantur, dixerunt esse magū tamē nullā notitiā habebant, nullā accusationem videbant, nullū crimē erat impositū ei, vnde valde considerandū est, quod Petrus qui cōmiserat crimen, remanet Impunitus, & Iesus absque crimine crucifixus, hæc fuit voluntas Dñi Dei, qui ad hunc finem misit in mundum, vt morti traderetur, sed quia hoc nō erat notum Petro,

Contra ar
g. Mil. sec.
in lib. i. ca.
xxxvi.

Petro, ne magister traderetur, in manibus Iudeorum, vulnerauit serrum illum, non vt inimicum, sed vt ostenderet amorem erga Dominum, nam amor est tantæ potentiae quod strangit etiam vincula naturæ, quod videri potest, cū Cressus Rex Lydiæ fuisset ab inimicis vicitus, ingresso exercitu in ciuitatem, & cum nesciret stare loco, in quo tutus repetiretur, in quodam loco remotto se posuit, vt incognitus, ad quem accessit inimicus miles, & enudato ense, vt illum occideret, ibi aderat filius Cressi mutus, qui cū videret periculum, in quo pater eius versabatur, aduersus militēensem eleuantem, vt occideret Patrem, amor ita potuit, vt contatus verba facere vehementem vocem emisit, dicendo, noli occidere Regem patrem meū, ita euénit B. Petro, qui multum amat Magistrum suum, & quem sequebatur ob eius bonam & sanctam doctrinam, & cui non erat manifestum, vt pro redemptione nostrâ in mundum accessisset, vt morti traderetur, Ideo fuit motus amoris, qui eum impulsit ad arma, quod percipi potest, quia dixit illi Iesus, mitte gladium tuum in vaginam, Calicem quem dedit mihi pater non vis vt bibam illum? & tunc ministri comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum, & adduxerūt eum ad Annam, vnde hic notandum, quod Innocentem ligauerūt & adduxerunt, & nocentem relinquerunt, datur Intelligi quod inter Petrum & Ministros non adesset inimicitia, ex duplice ratione, prima quia auditu insu Domini obiter gladium posuit in vaginam, secunda quia ministri eum non comprehenderunt.

2 † Sed omisserunt, vnde igne repentinæ iræ Petri extinxit, & ita postea effectus capax Mysteriorum mortis Domini, & eius resurrectionis & in cælum ascensionis, quare si mortem Magistri sui amare fleuit, latus extitit, ob nostram redemptionem, & ita successiue seruum vulneratum videtur dilexisse.

S V M M A R I V M.

- 1 *Caro est terra.*
- 2 *Dies hominis sunt in confusione ad laborem & dolorem.*
- 3 *Dotes seculi quæ stat.*

Caput. 73..



ARO & spirit⁹ sunt inimici, sed consequentia est falsa q̄ stante eorum inimicitia, non possit inimicus diligi, nam si caro est tua, & spiritus Dei, q̄ est tuū redde terre † cū caro sit terra, & quod est Dei, redde Deo, hoc enim de facili fieri potest, cum spiritus sursum tēdat † Si cogitabis quare de vulua matris fueris egressus, videbis quod ad laborem, & dolorem, & vt consumerentur dies tui in confusione & s̄epius conqueres diem natalis tui, & quare in vulua mattis tua mortuus nō fueris, & quare statim egressus ex vtero nō perfisti, postquā vñquam diem hylarem visurus sis, sed continuo versabis in dolore, in angustia, in afflictione † Quę omnia sunt do tes huius seculi, nam verum est concupiscentia carnis ad voluptates, concupiscentia oculorum ad opes, superbia vite ad honores, sed considera quę ex ipsis nascitur, opes generant cupiditatem, concupiscentiam, & avaritiam voluntates pariunt gulam & luxuriam, honores nutriunt superbiam, si cupis concordare carnē cum spiritu, s̄epius cogita te moritū, ex hac enim consideratione peccata euitabis, quoniam qui adheret Deo, eius spiritus viuit in Deo, hoc modo desines esse cupidus, nam dum cupidus fueris satiari nō poteris, non est enim conuentio Incis ad tenebras, neque Christi ad Belial, quia nemo potest Deo seruire & Mammone, hēu? quam multos seduxit cupiditas, quam plures perdidit avaritia, Balaam Aſell a redarguit, & pedes sedentis attriuit, quia captus cupiditate promissorū disposuerit maledicere Iſraeli, Acham populū lapidauit, quia tulit aurum, & argentum de anathemate, Naboth interemptus est, vt Achā eius vineam possideret, Giezi lepta percussus est, quia petiit, & recepit aurum, & argētū, & vestes sub nomine Helisei, Iudas laqueo se suspedit, q̄a vēdidi & tradidit Christū, Ananiā & Saphyrā subitanea mors extinxit, quia de pretio agri defrandauerunt Apo ſtolas, ædificauit Tyrus munitionem suam, & coaceruauit argentum, quāl humūm & aurum, quāl lutum platearum, sed ecce Dominus poffidebit eam, & percuti & in mari fortitudinē eius, & hec igni denotabitur, & si pauca homini sufficiunt, cur multa desiderat, qui habet, viētum & vestitum his contētus esse debet?

debet, & tamen necessaria cum multa ſollicitudine querit, licet ipſa ſine magna difficultate ſe offerant, ſed ſuper hoc audiatur: veritas, nolite ſolliciti eſſe, dicentes quid māducabimur, aut qđ bibemus, aut quo operiemur, lit enim Pater uester cæleſtis quibus rebus indigetis, querite ergo primum Regnum Dei, & omnia adiicientur vobis, quia nunquam iuſtus derelictus eſt, nec ſe men eius querit panem, inimicitia igitur que eſt inter carnem & spiritū, naſcitur ab hoc, quia homo incumbit avaritie, & auaritas nec patientibus compatitur, nec miſeriſ ſubuenit, vel miſeretur ſed offendit Deum, offendit ſe ipsum, offendit proximum nam Deo retinet debita, proximo denegat neceſſaria, ſibi subtrahit oportuna, Deo ingratus, proximo Impius, ſibi crudelis, viro cupido & tenacissimo ſine ratione eſt ſubtantia, & homini li uido ad quid aurū qui ſibi nequit, quomodo bonus alijs erit, qui habet ſubtantiam huius mundi, & videt fratri ſuum neceſſitatē habētem, & claudit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo, vnde conſilium Dñi miſericordiæ & ſuper erogatione amplectendum, vt illud homini petenti retribuat, & qui vult perfectus eſſe vadat, & vendat omnia que habet & det pauperibus, luc. cap. vi. & xi. Mat. cap. xix. ſed nota q̄ dare ſuperfluum eſt neceſſitatis, in neceſſitate extrema, ſed dare quibus egemus conſilij. Auguſt. Melius eſt minimis egere, quam plus habere, Ideo qui vult concordare carnem cum spiritu, & eſt contra, ex conſilio Domini abſtineat ſe à peccatis, ſi auarus & cupidus eſt, abſtineat ſe ab auaritia vti radice omnium malorum, & à cupiditate, q̄ fieri potest, ſi euitabit occaſionem peccati, Ideo ſi oculus ſcandelizat te erue eum & proiſce abs te, ſecundum Auguſt. nullum membrorum erui p̄cipit ad literam, ſed occaſio pecandi, potest enim occaſio eſſe ex aſpectu, & tunc oculus ſinister ſcandelizat, vel potest eſſe occaſio ex contraetu, & tunc manus dextera ſcandelizat, potest insuper eſſe occaſio peccandi ex alios & hoc à conſiliario qui dicitur oculus, vel ab adiutori qui dicitur manus, & eſt dextera, qui conſiliarius dicitur & eſt auditor in ſpirituibus, ſinistra in temporalibus, huiusmodi enim ſi ſc̄a delizant ab iſc̄edi ſunt, quia occaſiones peccandi ſunt ab iſc̄endē, quas ſi quis euitabit, inter carnem & ſpiritum amicitia florebit, pro qua Dominus ſalutem eternam p̄raſtabit, & hoc mo do inimicum diliges.

- 1 *Inimicum diligere non licere propter nobilitatem et dignitatem eius.*
- 2 *Honor qui debetur Deo est maior nobilitate et dignitate.*
- 3 *Hominum fines sunt duo temporis et spiritualis.*
- 4 *Scientia in Deo est duplex.*
- 5 *Homini soli fuit concessa locutio et ratio recte loquendi.*
Et multa alia fuerunt concessa.

Caput. 74.

Contraar
g. Mil. sec.
lib. i. cap.
xxxvii.



¶ ANVM & abs nonum est dicere, q̄ propter nobilitatem, & dignitatem non licet diligere inimicum, q̄ si fieret, esset in detrimentum honoris, si tāti refert nobilitas, dignitas & honor considerandum venit ¶ Quod maior est nobilitas, & dignitas, ac honor, quas & quem à Deo habuit, quas & quem à Principe ob merita vel per gratiam receperit, & q̄ longe maior est in primo donante, quam in secundo. Sola enim consideratio hec mouere debet animum ad adherendum omnes & quascunque actiones inferiores Deo pro aperiendo cælestes felicitates, & in illis sedem asfigere, pro fruenda eterna beatitudine, pro qua obtinenda ¶ Duo licet sint hominum fines, scilicet temporalis, & spiritualis, temporalis non refertur ad Deum, quia illius homo habet dominium, & eo virtutis nisi quo ad temporalia ex Imperio rationis, vt est cogitare, manducare, eligere, & similia finis igitur spiritualis est ille, qui dirigit actiones in Deum, & hic est qui beatum reddit hominem, q̄ est valde gratum creatori, qui semper excogitat homines saluos facere, non solum iustos sed peccatores, si eorum malitia non oblitat, quos vocat cum misericordia, & eos excitat, vt ad penitentiam reuertantur, ostendit manifestissimis signis sumam habere complacentiam conuersationis peccatorum, nam nō solum illis peccata remittit, sed adhuc copiosa beneficia illis clementissime tribuit, effectus diuinæ complacentiae, qui sequuntur penitentiam animæ audientis vocem Domini, tres principales


les sunt, bonorum restitutio, Angelorum laetificatio, peccatorū exaltatio, quod Deus restituit peccatoribus propter complacentiam, quam habet ob illorum conuersationem, omnia bona que fuerant per peccatum mortificata, primus effectus restitutiois est, quando Deus restituit pñnitenti opera propter culpam mortificata, quæ antea viua fuerant, ad quod clarus intelligendum, notandum est, quod omnia opera bona in charitate facta adueniente mortali culpa mortificantur, & perduntur, Ezech. cap. xviii, si auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes, quas operari solet. Impius nunquid viuet, omnes iusticie eius quas fecerat non recordabuntur deinde notandum quod cum dicitur in scripturis Deum non recordari, Matth. in cap. xxv nescio vos, sic est intelligendū q̄ non recordetur, aut nesciat illos, quos nō approbat, vt remuneratio ne dignos, ¶ nā duplex est Scientia in Deo, vna q̄ dicit simplicis notitiae q̄ cognoscit omnia bona, & mala, in q̄ nulla cadit ignorātia, alia vocat sciētia approbationis, vt dicat scire aliquid quādo illud approbat, & nescire cū reprobat, sic etiā nō recordari dicit, nō q̄ obliuio cadat in eo, sed quia nō recordat malorum, q̄ quis fecit, & illorum penituit, vt ea puniat, nec recordat bonorum, q̄ quis fecit, & p̄ peccatum ab illis cecidit, vt ea remuneret, notādū ē etiā, q̄ si quis ante peccatum appetit bona per eū in charitate facta meruerit esse de secūdo, aut de tertio, aut de ultimo ordine Angel. & postea peccato adueniente tale meriti perdidisset, & talis ad pñnitētiā rediret, reuiuscūt ei bona præterita, quæ fuerat mortificata, eo q̄ in tali statu meriti est, in quo erat anteq̄ caderet, vt puta si erat in merito perueniēdi ad secūdū ordinē beatorū, ad penitentiam veniens, in tali merito se recipit, & sic de omnibus gradibus beatitudinis, q̄ expresse saluator noster inuit, in parabolā de filio prodigo, luc. cap. xv. quē cū vidisset pater se in nudū vestes laceratas habētē, & discalciatū idest propter suā culpā priuatū, merito præcedenti dixit seruis suis, cito proferte stolā pri mā, & induite illū, & date annulū in manu eius, & calcianēta in pedes eius, p̄ que omnia præcedēs meriti deperditū per peccatum bonitate Dei penitētibus restitutū verissime intelligitur, tamē nemo in spe correctionis peccare debet, quia q̄ semel amittitur, ipsū amplius nō recuperatur, & hoc intelligitur quādo de illo bono opere, q̄ homo potuisset facere, vel faciliter illo tempore,

quo peccauit, q̄ quidē nō recuperabitur, quia si alio tempore velit facere, q̄ omisit, perdit opus, q̄ deberet facere pro illo tempore, quia reuerti in pristinū statū difficile est, Angelorū lētificatio est quia De⁹ facit Angelos omnes iubilare, & exultare cū peccator cōuerterit ad pénitentiā, luc. in cap. xv. dicit verbo Christi gaudiū est angelis Dei sup vno peccatore pénitentiā agente, ad q̄ intelligēdū notādū, q̄ gaudiū Angel. crescerē pōt, intelligi dupliciter extēsiue, aut intēsiue, extēsiue dicit crescerē, quādo quis de pluribus gaudet, intēsiue vero quādo affect⁹ eius de aliquo copioso gaudet, si ergo loquimur de cremento gaudiij secūdū primū modū, sic verū est, & Doct. cōmuniter sentiūt, q̄ ipsis beatis Ang. ac crescit gaudiū, ex salute peccatorū, quia de plurib⁹ gaudēt, secūdū q̄ plures saluātur, si aut̄ loquimut de cremento gaudiij, q̄ tum ad intēsiōnē, sic est distinguēdū, nā gaudiū duplex est, qđam est gaudiū in quo cōsistit p̄mū substantiale, & illud est gaudiū de bono in creto, q̄ Angel⁹ habet de Deo, & eit in Deo, est iterū gaudiū qđā accidētale, & illud est gaudium, q̄ Angelus habet de bono creato, siue p̄prio, siue alieno, de hui⁹ vero gaudiij argumēto triplex fuit opinio, prima eorū qui dixerūt, q̄ in Angelis beatis accrescit vtrumq; gaudiū intēsiue, quia nūdū sunt perfecte beatū q̄uis sint cōfirmati in gratia, sed hec opinio dicitur falsa, quia perfecta beatitudo in visione cōsistit diuinæ essentiae Matth. in cap. xvij. Angelī eorum semper vident faciem patris mei, qui in celis est, secunda opinio fuit eorum, qui dixerunt q̄ neutrū gaudiū crescat in Angelis intēsiue, sed solum extēsiue, sicut charitas eorum non est maior, q̄ fuit ab initio, q̄uis plures nō diligat q̄ tūc, sed hoc nō est probabile, quia si Angelis acere seit materia gaudiij, accrescit & ipsū gaudiū, tertia opinio ecclesiastica est eoru, q̄ tenet q̄ in Ang. nullo modo accrescit gaudiū, in quo constat p̄mū essētiale, q̄a q̄ tum ad illud p̄fecte sūt beati, sed gaudiū in quo cōsistit p̄mū accidētale accrescere pōt, nō solū extēsiue, verū etiā intēsiue, & ratione boni proprij, & ratione boni cōiuncti quia ministrādo alijs bona opera faciūt, in quib⁹ p̄mū accidētale merētur, & quia etiā cōciues suos ad beatitudinē pdicūt, sup quibus congratulantur, & q̄ vigilanter itaq; atq; sollicite debet curare peccatores miseri de suis peccatis pénitentiam facere quos expectat omnes Angelicchori, quos inuitat Ang. ad paudiū delicias venite, inquiūt, peccatores letidi, venite ad possidēdū ciuitatem

ciuitatem omnium bonorum vberitate refertissimam, venite per sanctam pénitentiam ad cenam Magni Dei, quid queritis male operando, cum tenebrarum Principe, quid cum cōmertio dēmonum, quale p̄mium de peccatis & malis cōmissis spectare potestis, Itipendia peccati mors, est Apost. ad Rom. ca. vi. nostra sit vobis grata societas, vt simul coniuamus in fēlicissimo Regno Dei, ò duri peccatores ò peccatores pertinaces, vox expectamus vt agatis pénitentiam, quæ tantum placet Deo nostro, vt & nos velit etiam in vestra cōuersione leuissimos fieri, atq; iucūdos, effectus aut̄ peccatorū exaltatio ostēdit Deus, q̄ gratū sibi est, cum peccatores ad pénitentiā cōuertūt, eos admodū sublimādo, & exaltando in vtraq; Ecclesia militanti, & triūphāte, & licet secūdū dum rigorē disciplinæ quādoq; factū vt ab ecclesiasticis dignitatibus propter crimina nō nulli caderent, ad quos etiā post perāta pénitentiā, nō licet redire, cap. vt cōstitueretur dist. l. & ca. p̄asbyterorum fuit tamen Princeps Apostolorum Petrus restitutus per pénitentiam ad Apostolatum, & principatum apostolorum, non obstante præcedenti peccato, cap. ponderet & ca. considerandū dist. l. Maria Sortor Aaron postquam lepra percussa est, quia de Moysē mutinrauerat, acta pénitentia à peccato munda ta est, & pristinam gratiā prophetandi recepit, David post adulterium, & homicidium, prophetiæ spiritum recepit, & in proprio gradu permansit, multi quoque ab heresi ad vnitatem fidei catholicæ reuertentes in suis ordinibus sunt recepti alij vero ad episcopalem etiam iam gradum sunt promoti, vt pote Augustin. & alij plurimi, verum tamen inter omnes peccatores per pénitentiam restitutos ad præcedentes gradus, siue ad alios aliquos de nouo eis collatos, efficaciorem nobis fiduciam & animum præstant, tres illi nequissimi viri, Paulus superbissimus, David luxuriosissimus, Mattheus cupidissimus, & anarus, eorum tamen voces magis quam animorum voluit sp̄itus sanctus in Ecclesia reseruare, quanta autem erit talium in regno celorum gloria, à redemptore mundi dictum est, Matth. cap. xxi. meretrices inquit & publicani præcedent vos in regno celorum, & hoc ostenditur exemplo Thaydis meretricis pulcherrimæ & formosæ, quæ postquam multorum animas illaqueauerat, dedissetque multis occasionem se ipsos interficiendi, accedente ad eam Panutio santissimo viro, constrictiōnem

& compunctionem suorum scelerum habuit, adustisque omnibus vanitatibus in foro publico, ut daret exēplum his cum quibus peccauerat, in cellula parva se inclusit, in qua per fenestram paululum panis, & aquæ quibus sustentaretur die qualibet accipiebat, igitur nobilitatem, dignitatem, honorem cognoscat recepisse à Deo, & hæc omnia quo ad superbiam dimittat, & Deo retribuat, hoc enim modo dimissis peccatis, sublimabit recognoscētes ad dignitates spirituales, in prouerb. cap. viij. habetur, ego diligentes me, diligo, Io. in cap. xiiij. dixit Christus qui diligit me, diligitur à patre meo, & ego diligam eum, sed peccatores non diligunt Deum, ergo nec Deus diligit illos, igitur ut gratia Dei consequatur, desistant à peccatis, & magis diligent dilectionem Dei, quam dilectionem mundi existentem circa huiusmodi, vanitates considerando, quid fecerint denique multi Imperatores, & Reges, qui post multa bella, delicias, ædificia ad eorum memoriam, ac alia quæ fecerint, animaduerterunt quod omnia quæ sunt in hoc seculo sunt vana, quæ transiunt vti torrentes, inflamati ardentiſſimo amore Dei, quem ipse clementissimus Pater peccatoribus exhibet, & ostendit, ut illos ad se trahat, ac reuocet, & inducat ad penitentiam, Ideo moti zelo ardentiſſimo dimisso Imperio, ac Regno in sanctissimis Monasterijs habitum religiosum suscepereunt, & sanctam vitam exercuerunt, ut in caelo beatitudine fruerentur, habetur in cant. cap. 5. si cogitarent excecati peccatores quanta dilectione complectitur illos piissimus Deus, profecto omni studio & vigilancia deposita delictorum sarcina ad diligendum Dominum se prepararent, eo maxime considerando in bene agendo, quid & quantum homini prodest, & quæ obligatio ligat eum ad ita faciendum, in primis enim Deus fecit hominem ad similitudinem suam, subiectique ei omnia animalia volatilia, & terrestria + Soli enim homini fuit concessa locutio, & ratio recte viuendi, fuit concessa memoria, fuit concessus intellectus, ut bona & mala cognosceret, fuit effectus capax omnium scientiarum, fuit ad eius instantiam mundus confectus, fuerunt creati colles, & montes, fecit tot flumina, tot fontes, tot lacus, tot Maria, tot fructus, nihil refert q̄cō sute hæc dicantur, fecit elementa sol, lunā, stellas, planetas, & omnia quæ in mundo reperiuntur, ad quid, nisi pro homine ingratissimo, qui quotidianiſ temporibus magis studet esse, & preesse & alios

& alios excellere, & qui non curat nisi humana beneficia, quæ si quod hic habeat sedem permanētēm, non cogitat moriturum & dum in anfractu rei secularis viuit, rapit, offendit proximum offendit se ipsum, offendit Deum, cui nunquam agit gratias pro innumerabilibus beneficijs ab eo acceptis, & ita in peccatis versatur eius vita, cum nullam memoriam Dei teneat, vnde si se & accepta beneficia inspiceret, & cum lachrimi se peniteret, diu in infelix anima peccatrix, ò seu immanis & crudelior omni belua, define cogitare, & facere mala, impone finem delictis tuis, quære Dominum Deum tuum, dum inueniri potest, ut accipias ab eo gratiam in præsenti, & in futuro perpetuam gloriam, recto sensu hec præmedita, quod nobilitas dignitas nec honor non erunt illas habentes impedimentoa, quod illis non gaudeant possidentes, nec propter hoc euitabunt diligere inimicos, immo eos diligendo, Deum diligere ostendent.



LIBER SECUNDVS IN VERBO INIMICOS.

**IN QVO MILES SAECVLA
RIS OSTENDIT EX INIVRIIS EOS
NON POSSE DILIGI.**

**S V M M A R I V M I N T R O AE M I O.
LIBRI SECUNDI.**

- 1 Inimicitia quæ dicatur.
- 2 Inimicitia duplex est capitalis & non & leuis.
- 3 Inimicitia ex triplici causatur.
Ex iniuria, ex, lite, ex opinione.
- 4 Inimicitia & signum est iniuria.
- 5 Inimicitia iniuriam generat.
Triplicer re, verbis, & literis.
- 6 Legis dispositio ut vim vi repellere liceat quomodo & quando.

Proamium.

V M tractandum sit de inimicis, videndum est
† Quæ dicatur inimicitia in singulari numero, dixit cicer, lib. iii. tufcul. inimicitia est ira
vulgisendi tempus obseruans † Et duplex est,
inimicitia capitalis, & non capitalis, prima na-
scitur ex aliqua causa magna, ut ex homicidio
secunda nascitur ex aliqua alia causa † Inimi-
citas ex triplici causa oritur, ex iniuria, ex lite, ex opinione,
† Primum autem signum inimicitie, si inter partes iniuria est in-
ducta, † Iniuria autem inimicitiam generat in casibus enumera-
tatis, & hac tripliciter causatur, re, verbis, & literis, Miles Se-
cularis

tularis persistendo in opinione vulgari, quod illi qui receperint aliquam iniuriam prouenientem ex altero de tribus prædictis, non possint iniuriante diligere, nam sicuti est in adiutorio quod benefaciens sit beneficiendum, ita qui malefecerit eidem sit malefaciendum, vnde est quod frangenti fidem, eidem fides frangatur, & si in contrarium esset obseruantia, vel consuetudo, † Quomodo & quando dispositio legis ut vim vi repellere liceat, ut de iust. & iur. haberet locum Iure consulti proposuissent legem, quæ pro lege non servaret, frustra & in vanum con dicta fuisset, & leges non fuerunt nec propositæ nec promulgatae ut efficiantur illusoriae, & praesertim lex ista, quæ tati momenti est, quia consistit in instinctu naturali ut homines constituti in periculo vitæ, & iniuriati quoquomodo se defendant, & iniuriam repulsant, alias autem confunderentur omnia iura, homines fierent ita audaces, quod nemo nec itinere, nec in domo, nec in foro, nec in Ecclesia tutus esset, hec pronomina meum, & tuum sinerent habere locum, quia ius esset in armis, quod omnia iura reprobant, vnde iuribus quodlibet castrum, quælibet ciuitas regitur, & demum vniuersus mundus.

S V M M A R I V M.

1 *Iniuria ex mentita.*

De iniuria ex mentita.

Caput. I.



I L E S sacerdotalis proponit & non solum in
civitate Varonæ, verum sub urbe adesse ali-
quos locos delitiarum, ad quos tempore esti-
ui soliti sunt multi ire spatiatum, & ibi præ-
dia & cenas facere vnde cum multi nobiles
ciues petijissent Montorium, locus admone-
dum aptus ad solatia, & qui fuerat olin lo-
cus delitiarum Dominorum schaligerorum Varonæ domi-
notum, inter quos aderant Panatius, & Celsus, qui ambo
fuerant

fuerant in conflietu super triremibus, tempore quo Venetorum exercitus ad cuius litoria extitit victor, frangeudo omnem exercitum cum triremibus omnibus turcharum, seruos Christianos liberando à Cathenis faciendo, vnde Panutius post prandium ut moris est, cæperunt multa verba facere, & narrare quæ in conflietu illo euenerint, & ita in multiloquio illo, Panutius dixit ad uersus cælsum, non vidi te pugnare in illo cōflietu, quia abscondisti in thalamo Pizzoli qui locus est triremium, cælsum dixit tu mentiris, nam ut miles exercui officium meum, tunc ambo posuerunt manus ad arma, vnde alij consocij sese interposuerunt, adeo quod non potuerunt, rixam inceptam diffinire, postea Panutius in foro Publico coram alijs profitentibus arma, eadem verba manifestauit, & conquestus fuit, quod non potuit ex causa consociorum mentitam repulsare, & propterea, quod intendit hæc omnia innotescere omnibus, cum firma deliberatione, & proposito experienti se armis cum eo, quotiescumque prestiterit occasio obviandi, inter istos fuit orta inimicitia, ab utraque parte, vnde celsus non potest diligere Panutium dicentem se abscondisse, dum pugnaretur, quæ res vertitur in eius infamiam, ex alia parte nec Panutius potest diligere celsum, a quo remansit mentitus, hinc est quod mutuum odium existit inter ipsos sine futura spe reconciliationis, quæ stante eorum querella non permittit dilectionem.

*S V M M A R I U M.**De Injuria ex mentitis in genere.**Caput 2.*

OST QVAM rixa mota fuit inter Panutium, & Celsum, illi met ciues quorum nomina sub Sylentio transit, transactis tribus diebus prædicta manifestatione facta per Panutium in foro Publico accesserunt ad eorum prædictum locum destinatum ad delicias, & finito prandio, proposuerunt in eorum colloquio difficultem materiam mentitarum,

pro hac re
mittenda ri
de in li. iii.
præmium
& cap. q.
ca. 14.
12.3.4 5
7.

tarum, & dixerunt quod mentita insert atrocam iniuriam, etiā si dictum fuerit saluo honore, nec verba dilui, aut purgari potest, sed armis litem apud. §. vt prætor vers. Ideo puto. ff. de iniur. alij dixerunt multa sunt genera mentitarum, nam alique sunt certæ aliquæ conditionales, aliquæ generales, aliquæ spesiales, & aliquæ stultæ. Mentita nihil aliud est, nisi quedam negatiua, que fit contra eum, qui dicit, & ita nulla est differentia inter negatiuam, & mentitam, nisi quo ad locutionem honestam, & minus honestam quia forma locutionis negatiua diuersa est, pro ut est tu mentiris, tu non dicas verum, tu dicas falso, tu dissidis à veritate, hoc non est verum, hoc est mendacium, res non ita se habet, omnes negatiuae repulsant iniuriam, & respondendo ad iniurias, ita respondendo ad verba, quæ non offendunt aliquem, & in istis, si aliqui dixerint ut supra alicui cum negatiua, poterit repulsare iniuriam, & illa negatiua secunda habebit vim mentitæ, sed si responsio fuisset facta sub his verbis, hoc non est verum sed veritas stat alio modo, hæc non erit verba iniuriosa, his omissis, unus eorum dixit, quod putat fore distingendum, quæ dicatur mentita certa hæc est, tu contra honorem meum locutus fuisti, vel contra honorem meum scripsisti, & propterea dico quod mentiris, sed requiritur, quod ex primantur verba dicta, vel scripta, alias mentita erit generalis, & nullius momenti, vnde ad hoc ut mentita sit legitima, oportet quod verba demonstrentur aperta super quibus data & fundata sit mentita, Ideo mentita certa talis est, Panutij dixisti quod ego Celsus in conflietu nauali me male gessi, quia non pugnauis, & ita defeci in militari officio meo, & propterea respondendo dico, quod mentiris hæc est certa, & specialis mentita. mentitæ autem conditionales sunt illæ, quæ sub aliqua conditione prolatæ sunt, pro ut si dixerit, me esse rebellem, dico quod mentitus fuisti satis est, quod ille qui repulsat iniuriam, non sit neque tutus neque certus, quod de eo male locutas fuerit, & hoc modo mentita conditio nalis non relevat, nisi ex causa prænominita. Mentita generalis est quando quis dixerit quisquis dixerit me hereticum, mentitus fuit, nulli incumbit ista mentita, & ad illa nemo tenetur, & hæc mentita non ligat, sed est periculosa, ne retorquetur aduersus illam dantem, nam si tu das mentitam in genere, ex quo de te male dixerim, quia duntaxat dixi de illis

Pro hac remittenda uide in lib. 3 proemium & cap. 1. & cap. 2. 3. 4. 5. 7. 9. & cap. 14.

de illis delictis, quæ tu fecisti, & quæ probare potes, & ita facta probatione remanebit ipse mentitus, Mentita specialis datur eo modo pro vt, & quemadmodum datur mentita certa, Mentita sciocca sive frulta est, quando datur alicui antequam loquatur, vnde ex quoconque capite aliquis remaneat mentitus censetur contracta inimicitia, adeo quod sanguis totus turbatus non recipit in neutro dilectionem.

*S V M M A R I U M.**I Inuria ex verbis Injuriosis.**De Inuria ex verbis Injuriosis.**Caput. 3.*

MISSA disputatione die sequenti in eodem met loco cœperunt dicere, heri tractauimus de mentitis, quarum materia est odiosa, ob quam duo ex nostris socijs sunt absentes à commercio dulcissimo societatis nostræ, & iam sunt effecti inimici, Ideo nobis hodie tractandum est de re hylari, vnde unus dixit, quod materia proposita est iniuriarum, Ideo in illis hilaritas nō habet locum, eo maxime quando quis fouet iustum causam ob iniuriam sibi illatam, tunc insurrexit Titus asserens erga Demetrium, & conquerendo dixit, de di tibi Floridam sororem meam in vxorem cum dote concedenti, & annulos ac monilia, & vestes suas preciosas vendidi, quare videris in mei iniuriam fecisse, quod si ita feceris tū improbus es, & Improbè fecisti, vna cum multis alijs verbis iniuriosis hisdem verbis iniuriosis, parimodo Demetrius afflixit Titum, asserens, quod improbitas est ex parte sua, & cum dos detur ob substinenda onera matrimonij l. pro oneribus, & ibi Bal. C. de iur. dot. quæ quidem onera sunt

Pro hac remittenda uide in lib. 3 proemium & cap. 9. et 14. 1. 7.

sunt plura l. si cūm dotem s. sin autem in leuissimo ff. sol. matrim. l. si quis pro vxore in prin. & s. i. ff. de donat. inter. uir. & vxor. l. dotis fructus ff. de iur. dor. quod adhuc non fuit consequitus dotem, ad quam iam multis annis elapsis tenetur, & ita discessi ē loco illō, die sequenti Demetrius in iudicium citavit Titum coram Magistratū, coram quo proposita eorum differentia, unus asserebat venditionem iocalium, alter vero insistebat in exactione dotis, quia ei competitēbat actio, gl. singul. in l. cum ab uno ff. de leg. ij. & ibi Bar. Angel. & omnes Doc. Moder. Ideo in eorum altercatione verborum se inuicem & vicissim verbis injuriosis afflixerunt, sed eum quē videbat Index agere vel proposere sine actione repellere debuerat, cum ex officio hoc agere potest, Abb. in cap. cum dilecti in iij. not. de empt. & vendit. ex causa igitur verbalis iniuria, dum inter illos aderat amicitia, & affinitas, cum fuissent effecti sororij, redacta fuit in inimicitiam, quæ talis & tanta solet esse inter coniunctos, & longe maior, quam in cœteris, eo maxime cum ex verborum multiplicitate actus iniuriarū fuerit geminatus, qui quidē actus geminat plurimum facit, Bar. in l. cum scimus C. de agricol. & cens. lib. xi. vnde stante iniuria verbali hinc & inde, se inuicem diligere sensus humanus non permittit.

S V M M A R I U M.

- 1 Si due charicia vel vehicula se obuiarent in via artla quid agendum.
- 2 Equi non licet ingredi in metam tempore quo meta est destinata equitibus currentibus ad obuiam.
- 3 Maconus Naldus illustris capitaneus ex iussu Dominorum fecit equites duos retrocedere.



De Inuria ex precedentiā.

Caput. 4.



EX T A T quædam confuetudō satis Ciuisis, & Vrbana in fere omnibus ciuitatibus, quam seruandam non vidi neque Romæ, neq; Venetijs quod artifices, & alij ignobiles cedant nobilibus, & dignioribus in eundo adeo quod locus superior illis ceditur per inferiores, sed s̄p̄ius euenit, quod etiam inter nobiles, & dignitatem habentes maxima sit contentio locorum, q̄tia viuis intendit aliūm præcedere & ex hac causa s̄p̄ius incedunt siue concitantur ad iram, & ad verba iniuriosa, idem faciunt illi omnes honorati ciues qui vtū tur iuehichilis dignitatis vel charucis, l. omnes C. de honorat. ve hiculis lib. xi. ¶ Vnde si in via arcta se obuiant, si ambo transire non possint, debet ille retrocedere qui fuit præuentus, Bal. in l. per agrum C. de servit. & per Bar. in l. quominus ff. de flumin. 2 not. in l. iij. §. i. ff. nequid in loc. publi. ¶ Vidi etiam tempore carnis primij in amphiteatro nostro Veronensi in die destinata ad torneamēta equitū cataphratorū, qui eū ingressi fuissent in metam, obuiam alij quidā nobiles ciues ingressi fuerant, vnde nō fuit dare modum vt vniū alteri cederet, neuter volebat retrocedere, ¶ Vnde ceperunt venire ad verba iniuriosa, quæ cum illustrissimi Rēdōres audiuerissent, ne ad arma venirent, quod de facili euenire potuisset, misserunt Illustrem Capitanum Maconom Naldum vt faceret ambos retrocedere, vt ipse fecit adeo, quod ex prænominatis causis ratione præcedentiae nascuntur verba iniuriosa, quæ pariuunt iniuriciam quibus peractis, non est locus dilectioni.

S U M M A R I V M.

- 1 Inuria si verbalis fuerit mutua an compensatione tollatur.
- 2 Inuriosa verba simul prolatā stante statuto, quod quis puniatur de verbis iniuriiosis an puniatur vñica pena.

De Inuria ex contractu.

Caput. 5.



RE QVENTER in contractib⁹ soleret es se disceptatio inter contrahentes, nam sicut ab initio libera potestas vnicuique est habendi, vel non habendi contractus, ita reunitari semel constituta obligationi aduersario non contraueniente minime potest qua propter intelligere debetis voluntariae obligatio ni semel vos nexos ab hac non consentiente altera parte, cuius precibus fecisti mentionem, minime posse discedere, rex. in l. sicut C. de act. & oblig. & tibi Bal. h̄c est enim potissima causa, quod concluso contractu aliquem ex contrahentibus se paniat, ex aliqua rationabili causa secundum eorum intentionem, & moti ex hac opinione, aſteruit rem contractam fuisse & esse morbosā, vel esse leſos ultra dimidiam iusti præcij, vnde ex hac causa veniunt ad item, ad quam non deuenitur ita absolute absque aliqua præhabita locutione, in qua verba altercando, modo de vno proposito ad aliud propositum deueniūt, adeo quod excitantur ad verba iniuriosa, vnde hic cadit questio, ¶ Si iniuria verbalis fuerit mutua, an compensatione tollatur, & dicendum quod non, sed quod quilibet agit pro sua iniuria, Abb. in cap. pe. in fi. de adult. Idem in cap. cum te de re. iud. Bal. Angel. & Alex. in l. fi. ff. quod quisque iur. verum aliqui tenent, quod primo iniuriatus mitius puniatur, non autem in totum excusat, ita tenet Abb. in cap. olim de rescrip. Bal. in l. i. C. vñd. vi. Angel. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. Alex. in l. iij. ff. de liber. & posthū. ¶ Sed si fuerint plura verba simul prolatā, stante statuto, quod quis puniatur de verbis iniuriiosis debet duntaxat vñica pena puniri, Bal. in l. fi. familia. ff. de iuris. omn. iud. vnde ex isto euentu nascitur iniuriciam quæ stante leſione, vel delusione, mittēda rī nō permittit inter eos dilectionem, etiam terminata questione judicialiter.

S U M M A R I V M.

Inuria ex mercibus corruptis vel comedibilibus.

- 1 Aromatarijs an licet in medicamentis substituere vnam rem pro alia absque

absque consensu Phisici.

- 2 Aromatarūs an liceat commiscere corruptas res cum incorruptis.
- 3 Phisicis standum est tanquam peritis in arte.

De Inuria ex mercibus corruptis.

Caput. 6.



O L E T s̄epius euenire , quod vendentes aliquas merces , qua tempore corrumpuntur, vel res comedibiles , vel vt quotidie faciunt , † Aromatarij, qui in medicamentis deficientibus ordinatis per Phisicum substitunt alia praeter ordinata, afferētes habete eandem naturam & efficaciam, in casu quo fuerint reprehensi, vnde ex tali commissione infirmi aliquando grauantur , † Sed num licitum sit mercatoribus commiscere corruptas merces cum incorruptis & dicendū quod sic, per tex. celeberimū in l. omnia C. de conditis in publ. horre. li. x. & ibi Bar. qui dicit illū tex. ad hoc esse memoriæ commendandum, quia contrarium secundum eum dicent laici , quod non est verum, vt ibi & Angel. ibi dicit quod facit pro Aromataris, qui miscent certain corruptam , quod est eis licitum, refert & sequitur Ant . Corset. in singul. suo super verbo commixtio, cuius est initium licitum commisceri quod est memoria dignum, licet hoc iure permittente agant , quo ad commixtionem, tamen quo ad substitutionem medicamentorum valde dissentio, eo maxime quando illam commixtionem faciunt absque interuentu , † Et Consilio Physicorum, quibus tanquam peritis in arte sua standum est, l. i. §. h. & ibi Doct. & Bar. ff. de Vent. Inspic. l. semel C. de re, mil. lib. xij. & cap. significavit de homicid. experientia enim docet, quod ex tali excessu aliquando aliiquid mali contingit , Ideo ex prænominalis duntaxat inspicitur euētus, qui mouet animū ementium ad verba iniuriosa aduersus vendentes, quia ipsis videtur fraus, q̄ vna res detur pro alia, & quod res corruptæ cum in corruptis commisceantur, Ideo stantibus rebus, pro vt stant, homines constituūt non ab ipsis emere mercaturas, & mercatores ob verba iniuriosa recepta obsequia non prestant, & hic si nō inimicitia atrox in surgit, saltem tacita oritur que dilectionem exulat.

S V M

1 Inuria ex verbis oritur tam præstantialiter quam prolatis in absentia.

2 Inimicitia capitalis oritur ex verbis iniuriosis.

3 Experientia docet.

4 Verba iniuriosa que sunt, & quando quis dicitur infamatus.

5 Inimicus est qui omnibus modis dicitur iniuriatus.

De iniuria ex verborum connitio

Caput. 7.



E R B I S iniuria fit, quando cōicium factum est in aliquem, l. Item apud laboneum. & ait prætor. ff. de iniur. f. Et non tantum oritur si præstantialiter alicui verba iniuriosa & diffamatoria sit prolata, verum etiam si absenti, vt puta ad clomum, stationem, vel tabernam proferantur, vt in d. l. item apud f. Et ex verbis iniuriosis capitalis inimicitia oritur, tex. in cap. veniens de iur. iur. & ibi Bal. Ant. de Bu. tr. & Imol. in d. cap. veniens tenet † quod istud docet experientia, vt ex verbis iniuriosis oriatur inimicitia, & verba autē iniuriosa sunt, si reimprobo tibi aliquod maleficium, vel crīmē petere comenistum, seu aliquam iniuriam in te vel in tuos commisfam, vt per Bar. in d. l. Item apud Boych. in cap. cum opōret de acus. sed si quis nocentem infamauit, non est bonum, & sequuntur ob eam rem condemnari, peccata enim nocentium, nota esse & oportere & expedire. l. eum qui. ff. de iniur. † Tamen omnibus modis qui fuerit iniuriatus, erit inimicus, & eius iniuriantem diligere non poterit, clarum igitur est, quod omnis verbalis iniuria parit inimicitia, & cum plura exempla dari possint, hec serviant pro omnibus, que in tam ampla materia adduci possint.

pro hac re
mittenda vi
de in li. iii.
progeniun
cop. 9. 14.

I. 2. 7.

M S V M

- 1 Injuriam facit etiam sine scriptura ut si veatur veste lugubri vel squalida ad injuriam alicuius aut barbam dimittat vel capillos submittat vel cantet aliquid quod pudorem alicuius laedat.
Vel si fideiussores idoneos reprobet vel eos interpellat eo parato ad soluendum.
- 2 Inimicus est qui publicat quae pertinent ad infamiam alicuius.
- 3 Damnum famæ est maius damno pecuniario.
- 4 Inimicitæ oriuntur est damno pecuniario & pro lite pecuniaria.
- 5 Famam qui negligit suam crudelis est.

De iniuria ex literis.

Caput. 8.



NIVRIA fit etiam literis, cum quis librum carmē vel historiam ad infamiam alicuius per tinétem scripserit, composuit vel edidit vel do lo malo fecerit, quo quid eorū fieret, & in omnibus illis casibus de quibus loquitur tex. in l. lex cornelia. ff. de iniur. cum l. seque: † Item si quis sine scriptura in notam alicuius aliquid produxit, puta veste lugubri vel squalida vtitur ad injuriam alicuius aut barbam demittat, vel capillos submittat, vel cantet aliquid quod pudorem alicuius laedat, tex. in l. item apud labeonem. §. ait prætor. ff. de iniuri. vel quod si fideiussores idoneos reprobet, vel fideiussores interpellat existente parato ad soluendum, vel domum absensis debitoris & alia faciat, de quibus per Host. & Azo. in summ. de iniur. & est tex. in l. si creditor cum sequen. ff. de iniur. in istis enim omnibus casibus iniuria fit oritur, ex ea nascitur inimicitia, cap. cum in iuuentute de purg. cano. luc. de pen.

2 in l. C. de his qui se defer. lib. x. † dicit quod ille qui publicat

3 ea, quae pertinent ad infamiam alicuius, est eius inimicus † Vnde damnum famæ est maius damno pecuniario, l. si duabus de reg. iur. l. iusta cum glo. ff. de manumissi vind. l. ius iurandi. §. procurator. ff. de iniuri & ibi Alex. in. ii. col. vers. item no. qui dicit per illum tex. quod parum dicitur quis prouidere alicui, cù aduersus.

aduersus' damnum pecuniaria succurritur si etiam non conser-
uatur aduersus damnâ honoris, & famæ, cum tale damnum præ-
feratur pecuniæ. † Sed pro damno pecuniario, & pro lite pecu-
niaria, oriuntur inimicitæ, ergo & pro hac re maior, † Cum
etiam habetur illud quod crudelis est, qui famam suam negligit ij. prog. ca.
cap. si quis præsbyter de purg. cano. & cap. no. o. 12. q. 1. hinc est 2. 4. 9.
quod habita iniuria, eam recipiens, inimicum non diligit.

S V M M A R I U M .

- 1 Iudicia dilucidantur per testes, vel per scripturas publicas, & priu-
tas trino teste notatas.
- 2 Iudicium dilucidatur per iuramentum decisorum, datur etiam sup-
pletorium.
- 3 Expense veniunt in decitorio secus in suppletorio.
- 4 Periurium est mendacium iuramento firmatum cuins pena est infa-
mia.
- 5 Periurus de iure ciuili non efficitur infamis ipso iure.
- 6 Periurium clericum priuat dignitate obtenta non ipso iure.
- 7 Periurus repellitur ab agendo, à testificando, & à supplitorio iura-
mento.
- 8 Periurus escusatur quando fuit sine dolo item propter difficulta-
tem & si nulli præiudicat.
- 9 Periurus si præiudicare poterat non punit in foro contentioso sed
in foro animæ.
- 10 Indices non dant iuramentum sub imperio Veneto reis in crimi-
ne.



De Iniuria ex promissione.

Caput. 9.

M X aliqua promissione facta alicui, quis citatur in Iudiciū & protecta petitione, qui promiserit negat & cū iudicia dilucidantur p̄ testes, uel per scripturas publicas l. in exercendis & ibi Paul de Cast. C. de fid. instr. & per scripturas priuatas tri-

E 2 no teste notatas, l. script. & ibi Bal. C. qui pot. in pig. habe. Dilicidatur iudicium ēt per iuramentū decisorium, Bal. in auth. gene raliter C. de epif. & cle. & Iaf. in l. properandū. §. sin autē, C. de

I 3 Iud. An in tali casu cadit dubiū an expēse veniat, & dicēdū q̄ nō veniunt q̄n. iuramentū est suppleriū vt ibi; secus si est deci soriū, Iaf. in d. l. properandū. §. siue autē col. 4. in vers. tu autē ad uerte nu. x. In iudicium vocatus, cum iuramento negauit promis sionem. Et ita fuit periurus, & cū periurium sit mendacium iu

R 5 ramento firmatum, cuius p̄na est infamia. De iure tamē ciuili periurus nō efficitur infamis ipso iure nisi in casu l. si quis maior C. de trā lac. regulariter periur nō efficitur infamia iuris infamis

F 6 Fely. in cap. testimoniū de test. Verū clericus propter periuriū priuatur dignitate obtenta, non tamen priuatur ipso iure sed priuandus, Fely. in cap. ex parte el primo de rescript. etiam effici

D 7 tur deterioris conditionis. Repellitur periurus ab agendo, repel litur à testificando, glo. in cap. per sias de simo. Abb. in d. cap. testimoniū, ei nō defertur iuramentū in supplémentū probationis,

S 8 Sac. in conf. cxxxvi. lib. Primo periurus tamē escusatur, quādo fuit cōmisum sine dolo. Bal. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offic. proconsul. Itē excusat propter difficultatem, vt dicit gl. i in cap. breui de iur. iu. potest excusari si demōstret q̄ tale peri

P 9 riū nulli praejudicavit, Neque praejudicare poterat, nā eo casu etiā si quis deliberate periurauerit, non potest de periurio puniri in foro cōtentioso, sed tātū in foro aīæ, solū Deū habet vltorē, glo. in cap. quicūque in gl. fi. vi. q. i. Berous in quest. cxxxiv sunt & alij casus in quibus periurium non potest iudicialiter 10 puniri, sed solū Deū habet vltorē, pro vt est. Periuriū Rei accu sati vel inquisiti in eius examine, quādo interrogatur super cri mine,

mine, sed apud Venetos non seruatur quod quando Reus in cri pro hacre mine examinatur non datur iuramentum, hanc consuetudinem mittēda ui Ego quoque seruauit dum essem Assessio in officio maleficioū, de in lib. tamen male se habet cum quis dicatur periurus, & ita egre feret iij. proxa si quis argueretur de periurio, quod inter eos oriretur inimici mū cap. 9. 14.

S U M M A R I U M.

Iniuriam qui prosequitur an in libello fiat mentio de anno, de mense, de loco illata iniuria.

2 Iniuriarum actione condemnatus an dicatur infamis

3 Iniuriam qui intulit an possit tutri se non fecisse animo iniurandi. Et quid si illico protestatus fuerit non fecisse animo iniurandi.

4 Iniuriarum actione talis protestatio non relevat quo minus teneatur

5 Delictum interest reipublicæ, vt sicatur

6 Iniuriarum an excusat si dicat se p̄nitere

7 Iniuriosa verba prolata per iracundiam an sint punienda.

8 Iracundiae calor an excusat si mitius puniatur

6 Iniuria fit tanto maior & considerabilis quando est facta in personam honestam & dignitatem habentem.

10 Iniuria illata personæ an dicatur si quis percutiatur in pannis

11. 1 Iniuria facta Vxori an dicatur f. Ela viro idem vni doméstico mei occasione.

12. 1 Iniuriarum in confessione sacerdoti remittens an possit agere actione in iniuriarum.

13. 1 In iniuriam remittens non videtur remittere damnata.

De iniuria ex alapa.

Caput. 10.



- NIVRIA committitur etiam facto, vt si quis alerum percusserit alapa, vt not. Grammat. in de cisi. xiv. vel cubito, Paris. in cōf. cl xv. lib. iiiij. vel cum manus super mēto, Guid. Papa. ccxxiv. vel cum baculo, Bertran. conf. clxi. lib. vi. † Vnde si quis prosequitur iniuriam, an debeat in libello fieri mentio de anno, & mense, & loco illatae iniuriæ, & dicendum quod sic, Alex. in conf. ccxii. lib. i. † Sed an condemnatus actio ne iniuriarum efficitur infamis, & dicitur quod sic, dummodo iniuria sit atrox, alias non efficitur infamis, immo Fely. tenet quod etiā damnatus pro modica iniuria, efficiatur infamis iu·cap. cum te de re. iud. † Sed quid si ille qui intulit iniuriam, possit se tueri, dicendo quod non habebat animum iniuriandi, & dicendum quod non quia omnis iniuria in dubio præsumitur facta animo iniuriandi, nisi contrarium probetur, Soc. conf. cxlvii. nr. 7. sed si in eodem actu, quo quis iniuriam intulit, fuerit protestatus quod nolle bat ex eo iniuriam facere, † Talis enim protestatio non releuat quo minus teneatur actione iniuriarū, Bar. in l. si quis extraneus ff. de acquir. hered. & in l. non solum. §. morte. ff. de oper. nou. nunt. tamen hæc conclusio intelligenda est, vt procedat quando apparet quod habebat animum iniuriandi vere vel præsumptiue, si autem iniuria verbis facta vera fuisset, an teneatur actione iniuriarum, aliqui tenent quod sic, curt. Junio. in l. fi. ff. quod quisque iur. † Sed hic distinguendum si interest Reip. quod illud de listū sciatur, puta quod ille sit homicida, vel latro, non tenetur si non interest, puta quia sit cæcus, vel claudus, & tenetur Bar. in l. eum qui nocentem. ff. de pæn. tamen opus est quod tale crimen quod interest Reip. sciri probetur, nam tali casu non tenetur, sed si non probauerit tenetur, Boer. in conf. iiiij. nec de iure canonico procedit quod alteri iniuriam dicens, licet vera sit, non excusat, cū prīns precedere debeat charitatua monitio, vel correctio, Alex. de Netio. conf. lxxxij. † Sed an excusat iniurians, si dicat se penitente, quia quidquid fecit calore iracundiae fecisse dicat, fuerunt aliquorū opiniones tenentes quod verba iniuriose prolata per iracundiam,

- diam, non sint punienda, Arno. epitom. lvij. illorum opinioneſ 8. non sunt veræ † Nam in delictis commissis non excusat calor iracundiae verum quandoque profit, vt quis mitius puniatur, & ita vidi semper in practica obseruari, pariter etiam pænitentia post delictum commissum non excusat, Mant. in conf. lxxvij. † Sed iniuria sit tanto maior & considerabilis, quando est facta in personam honestam & dignitatem habentem † Sed an dicatur iniuria illata persona quando quis percutitur in pannis, Bart. tenet quod non in l. l. i. i. §. quod illicite ff. de pub. & in l. i. §. hoc in factum. ff. de his qui deiec. vel effuder. Bal. in l. Gallus. §. ille casus. ff. de liber. & posthu. & † Si iniuria esset facta vxori, intelligitur facta viro, Bal. in l. i. C. de in ius. vocand. inst. de interdic. §. patitur, ideim si iniuria facta fuisset vni domestico meo mei occasione, quia dicitur facta mihi, vt not. Card. in clem. i. in xiii. not. de excess. prælat. Ias. in l. i. in ii. col. veiſ. facit quod not. 12. C. de indic. viduit. toll. hic incidit quæstio non ignoranda † Si aliquis in confessione sacerdoti remittat omnes in iurias, an ultius possit agere actione iniuriarum, Guil. de cu. & Bar. concludunt quod sic l. si tibi deceſ. §. quedā. ff. de pac. quam dicunt esse communem, limitatur haec opinio secundum Alex. & Iaso. ibi nisi diceret remissionem plenam facio, vel plene remitto, quo casu ne dum rancorem immo etiam pænam & omnem actionem remittere videretur vt ibi per Alex. & Ias. † Tamen quantuncū que aliquis remittat iniuriam, etiam per pactum expressum, non tamen videtur remittere damna, & interesse quæ passus est ita singulariter not. Bal. in d. §. quædam quem ibi sequitur Alex. dicens esse singulare & diligenter notandum, cum iniuria sit talis, qualis vt supra dictum fuit, ideo non est mirum, si non trans sit ad dilectionem.

probac re
mittenda
vide in l.
ij. proœ-
mium cap.
xi. t. 4. i. 2.
3. 4. 5. 74

S V M M A R I V M.

1. Iniuria facta filio censetur facta patri.
2. Iniuriam facta filio pater remittere potest
3. Iniuria facta officiali regis etiam volenti dicitur facta Regi
4. Iniuria facta coram Iudice vel in aliquo loco vel simili recepit augmentum.
5. Iniuriatus rogatus remittere iniuriam non tenetur remittere interesse
M 4 pecunia-

pecuniarium sed rancorem.

infantula, nec ex inde concipere malitiam posse, mitit vocatum amasium, secundo septennio est virgo, tertio est philocapta, quarto septennio est meretrix^o quinto est iuuenca seu porca, sexto iterum lena, septimo reuenditrix, octauo septennio men dicat cum dolio, nono septennio efficitur strigha, & tandem cunburitur. Ideo qui tali nodo laqueatus est, oportet quod sit oculatus, † Nam quando lupi non soliti ire, per contractam vadunt, est adhibenda maior custodia, Bald. in l. nemo deinceps in f. C. de Episcop. audient, maxime quando crinibus incedit comptis, Cyn. in f. neque natales C. de probat. & hanc curam mulieris aliquam diligentiore habere debent tria genera personarum, primum est illorum, † Qui se coinquarant cum aliis mulieribus sciente propria vxore, quoniam et semper studebit vices pares reddere, secundum gen^o illorum est, qui habent Vxores steriles, nam cum vxor cupiat fieri mater, l. ij. C. de ind. vid toll. credunt hoc procedere culpa viri, & ex mutatione mali, se posse sobolem concipere, tertium genus, est illorum, qui sunt sponsa dum durat illud tempus p̄osalitorum, & communiter solet sponsa perscrutare simplicitatem, vel teribilitatem hominis ut in futurum valeat se regere, unde inoleuit prouerbium, † Quod vxorato in primo anno coniugij alterum de tribus solet eueniire, incendiū vel cornua, vel crux, incendiū, quia in tot lucubrationib^o otiosis & ad voluptatē, quæ in illo tēpore eueniūt, & domin^o, & serue non vtūt prouidentia necessaria seu cōsueta, immo somno, & crapula debacchati, non aduertit ad lumen, nec ad ignē, unde plerique causatur incēdiū, dicunt cornua propter mulieris pulchritudinem, cum casta sit quæ non rogatur dicunt crucem, quia mariti pro illo primo anno amore nouæ conjugis accensi, adeo frequentant coitum, quod ad agritudinem & quandoque ad mortem deueniunt, propterea sicut inductum adagium illud potius cornua, quam crux, unde & adhibita custodia, & diligenti cura, secundum earum comoda faciunt quicquid vuolunt, in hoc non datur ratio determinata, sed oretur Deus, ut bonam mittat, sit modo in quo cuncti gradū, cū notū sit habēti puellā exproposito ducēde, seu retinēde in vxore, vel in meretricē, qui effectualiter curat cū ea habere rē carnalem, iniuriā facit, & cum sit ex concupiscentia casnis, maiorem inimicitiam parit, à qua dilectio non capitur.

pro bac re
mittēdū ri
de iu:li:iij.
præmium
cap. i. 7.9.
10. 14.

- 1 Lenocinium fit cum filia nubili aliquando vt amasio suo se supponat, aut dispari viro se copulet.
- 2 Filia excedes xxv, annum potest inficio patre nubere. Et ad dotandam eum cogere.
- 3 Filia nubilis facilius docetur.
- 4 Infamia facti, & opinio granata non differunt.
- 5 Matrimonium sub conditione non valet.
- 6 Matrimonia bōdie non valent nisi prævia trina denunciatione, que tamen remittitur arbitrio ordinarij.
- 7 Matrimonium quo ad Deum valet si interuenenirit consensus p̄trusque partis per verba de præsenti.
- 8 Matrimonium qualitercumque suscedat præsumitur voluntate Dei.
- 9 Fornicatio est peccatum mortale.
- 10 Lenones maius delictum committunt quam adulterium.
- 11 Lenones sustinent supplicium in corpore.
- 11 Lenones in Anglia ter merguntur iu mari.

De Iniuria ex Lenocinio.

Caput. 39.



N I V R I A ex lenocinio committitur, † Ut si quis habeat filiam nubilē, & aliquis proceret, vt amasio suo se supponat, vel vt se aliqui dispari viro se copulet, suadendo quod hoc facere potest, etiam inconsulto patre, quia iura ita disponunt, † Ex quo quando patre permittit Filiam exceedere vigesimumquintum annum, abs quæ eo quod sibi det maritum, potest ipsa inficio patre nubere, & eum cogere ad congrue dotandum, Angel. inst. de nupt. in prin. auct. h. sed si post C. de inoffic. testamen. Vbi las. in f. dicit quod immo tñnetur pater eam dotare, etiam si eo inficio ante tale tempus nupserit, etiam indigno, Felyn. in capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit. Fabian. in repet. Auth. nouissima de inoffic. test. curia Tholosa. q. cclxxxix. si filia nubat, † Et quia scilicet

cilius puellam nubilem quis docet, secundum Philosophum in
economicis lib.i, cap.iiij. glo in l. magistros. C. de profet. & me-
di. lib.x. Ideo amore, & suasionibus capta, de facili transit ad vo-
tum amasij, s̄epijs indigni, vnde infamia nascitur saltem de fa-
cto Ias. in l. cunctos populos in col. xi. in ver. & me. & ne labore
4 tis in equivoco, in ij. lec. C. de summ. trin. & fid. cath. † Quia
infamia saet, & grauata opinio nō differunt, gl. & Doc. & Abb.
in cap. testimonium de testi. Dyn. in regula i. infamib⁹ in vj. multa
enim absurdia ex tali euentu occurunt, & etiam aliquando
contrā amasium, qui ductus a lenone coram anna in conditio-
ne dispari, & repertus cogitur eam despōnare, vnde Ferarius
docet talem cautelam in cautel. j. pro illo, qui inducitur metu ad
contrahendum, scilicet vt dicat, quod est contentus eam cape-
re, cum hac tamen conditione, quod si ipsa vñquam commiserit
adulterium, quod liceat sibi accipere aliam vxorem, & eam di-
mittere, † Quia tale matrimonium nihil valet, etiam ab initio
5 ex quo fuit contractum sub conditione resolutiua, & sic contra
substantiam matrimonij, gl. in cap. de infidelib. de consangu. &
affinit. Panorm. in cap. fi. de cond. apposit. ex hac causa nascun-
tur lites, inimicitiae, Ideo recte sanctum fuit in Concil. Tridet.
6 † Quod matrimonia non valeant nisi praevia tria denuntiatio-
ne, quæ tamen remittitur arbitrio ordinarij, in sess. ottava sed
nō obstante tali prohibitione, filia etiā non excedens vigesimum
quintum annum si transit in votum matrimonij, siue bene, siue
7 male fecerit, † Quo ad Deum matrimonium valet, cum inter-
uentus fuerit consensus vtriusque partis, per verba de presenti,
cap.j. de Sponsal. & matrim. matrimonia sunt in celo ordinata,
8 † Ideo quomodo cunque, & qualiter cunque matrimonium suc-
cedat, acquiescēndū est, quia p̄̄sumitur ex voluntate Dei, vt
euīetur fornicatio, Ap̄stol. ad corint. cap. viij. si enim nubere
quis non vult, per hoc non est damnādus, sed si nubere nō vult,
nec cōtinere istud est malum, quia melius est nubere quam vti,
9 † Quia fornicatio est peccatum mortale, quod ducit ad gehen-
nam, bonum igitur laudandum, malum verō reprobandum, vñ-
10 de dicēndū est, † Quod lenones qui sunt causa iriobedien-
tiae paternæ, committūt maius delictum, quam adulterium, gl.
in l. athlethas §. quæ Lenociniū. ff. de infam. Bar. Angel. & Imo.
in l. si is qui reus. ff. de publ. lud. Bar. in l. Palam §. lenocinium
. ff. de

11 ff. de rit. nupt. † Et lenones in corpore supplicium sustine-
12 bunt, in authent. de lenoni. §. praeconizamus, † In Anglia
adest consuetudo, quod si quis reperitur leno, siue masculus si
ue fæmina, ter merguntur in Mari. huiusmodi leones commit **probac re**
tentis tantam turpitudinem, vt filia discedat ab obedientia pa-
terna, ex prævia iniuria efficiuntur ita inimici, quod dilig. nō **de in li. ij.**
possunt, eo maxime quando res vertitur in dedecus familiæ, & **proemiu**
totius domus puellæ subductæ.

34.

S U M M A R I V M.

- 1 *Animalia, inuēta in pascuis Dominus propria auctoritate capere, et reponere super hospicio vel retinere donec emendetur damnum.*
- 2 *Famulus non tenetur ex furto subtracto per cum, si tantum subtraxit quantum sibi Dominus est debitor.*
- 3 *Animalium Dominus tenetur emendare damnum vel bestiam dare pro noxa damnificato.*
- 4 *Statutum pro damnis datis, an pater pro filio, & Dominus pro famili lo teneatur.*
Et an sit intelligendum indistinctè fallit ut ibi.

*De Iniuria expasculando cum animalibus.**Caput. 40.*

NIVRIA commititur aduersus Dominos fundorum, ad quos aliqui non habentes pas-
cua mittunt die nocte que animalia ad pascu-
landum, & ad damnificandū prata aliena, & li-
cet quod omnia iura repugnant eorum auda-
tiam, tamen, & si notum sit Dominis fundo-
rum, nihilominus probare non possunt ita de facili **damnum**
passum, quia illi damnatores exploratores in Insidijs,
qui videntes custodes fundorum, aut corrūpunt præce, & præ-
mio, aut minant eos baculare, adeo quod non est locus Iusticie
† Et si aliquando euenerit, quod Domini fundorum inueniant
animalia **damnum** dantia in suo, an possit propria auto-
ritate

etate ea capere, & reponere ea super hospitio, vel domi sue retinere, donec fibi emendetur damnum, & dicendum quod, sic Pract. fer. in form. libel. Inquisitionis, in gl. in vers. contracta
2 do nu. 4. sic ut videmus in simili, † Quod creditor vel famulus non tenetur furti subtrahendo tantum quantum sibi debetur, Alex. in Cōf. 13. 5. vol. 1. Gramm. in Cōf. 50. & maxime ipsa animalia retineri possunt, ut recognoscantur, l. quintus cum l. seq. aff. ad l. Aquil. facta igitur recognitione, vbi Dominus animalium sit soluendo, non possunt ea retinere, donec soluantur dannū, Alci. reg. i. presump. in presump. 50. sed donec soluantur alimenta, quæ venerunt in utilitatem animalis, poterunt retinēti. Alci. in d. præsumpt. x. per l. in summa & ibi Salyc. C. de pignor. † Sed an Dominus animalium teneatur emendare damnum datum per eius bestiam, vel illam dare damnificato pro noxa, seu pro damno, vel delicto, & dicendum quod sic, Dec. Cōf. 289. tex. & ibi Doc. inst. si quadru. paup. fec. dic. Alb. de Ros. in 2. par. stat. q. 76. † Sed si statuto cauetur, quod pro damnis datis, pater pro filio, Dominus pro famulo, vel alius pro alio teneatur, an istud statutum intelligatur sic indistincte, & dicendum quod non, sed primo fallit ut locum non habeat vbi patri, vel Dominio vel alij qui tenetur pro alio non possit Imputari aliqua culpa, ex quo statutum solum intelligitur vbi eis posset imputari aliqua culpa, Aret. in Conf. 17. Crauet. Conf. iiij. Soc. in Conf. 128. nu. 1. vol. 1. deinde fallit statutum, quando esset iniuritia inter delinquentem, & illum qui ex forma statuti teneatur pro delinquēte, quia tunc statutum locum nō habet, Dec. in Conf. 64 pater tamen si fuerit incontinentia tenetur pro filio, etiam sibi inimico, Alci. in 1. regul. præsumpt. in presump. 24 nu. 2. unde videtur, quod ille qui habet pecudes, habet coria, qui molendinum habet ligna, & qui possessiones, questiones, quod est vulgarissimum proverbiū Veronæ, Ideo ex damage dato nascitur inimicitia, ad quam non peruenitur nisi prius actis admonitionibus, quod desistant a damage, alias &c. unde contnuando ad damageandum, præsumitur factum ad iniuriam, & hinc nascentur inimicitiae, quæ dilectione sopiri non possunt.

aro bac re
mittenda
vide in li.
i y. proce-
dium cap
14.

- 1 Commune & homines occultant damnatorem
- 2 Avaritia est radix omnium malorum.
- 3 Commune, & homines sunt immemores præcepti Dei.
- 4 Furti quantitas, & existimatio quomodo probatur.
- 5 Commune & homines quando non tenentur ad emendationem domini.
- 6 Damnum passus si sublinet onera & fationes in illa villa, an debeat contribuire pro re sibi derobata.
- 7 Forensis an gaudet beneficio statuti de damage dato. Omessa via statuti potest probare per testes.
- 8 Forensis qui soluit onera personalia gaudet beneficio statutorum.
- 9 Forensis qui habitauit per x. annos soluendo onera, gaudet statutis, et videtur contrahaxisse domicilium.
- 10 Clerici gaudent beneficio statutorum laicorum fallit ut ibi.
- 11 Statuta iubentia esse standum iuramento capituli uel saltuariorum habent locum in iudicij summariorum.
- 12 Sententia in iudicio Summario & alia non obstant in iudicio ordinario.

De Iniuria ex damage dato ad quod tenetur commune. Caput. 41.



NIVRIA infertur Maſlario siue consuli communi, & hominibus alicuius ville, quando damage passi non ignorat damnatorem, & prosequuntur accusationem aduersus, † Commune, & homines pro damage illato occultant damnatorem ex aliquo respectu, fortasse ne veniant ad arma, vel ad aliam rem finistram, licet hoc salua conscientia facere non possint, † Tamen cupiditas, & Avaritia quæ est radix omnium malorum Abb. in cap. Avaritie de prebend. Impellit eos ad commitendum peccatum hoc, & forsitan furtum, nam eos non pudet sic eidere Pupillorum, & viduarum sanguinem immemores præcepti Dei in i. Genes. Vbi habetur si Pupilos, & viduas laſeritis alij

fili⁹ vestri erunt Pupilli, & mulieres vestre⁹ erunt vidue, ex hac enim iniuria maximum nascitur damnum, & per consequens inimicitia, quia reperti sunt multi pauperes ciues, qui simulantur aliquas res fuisse sibi subtractas, accusant commune, & consequuntur praetium rei derobat⁹, † Ex quo ad furtum statut⁹ iuramento damnum passi, quomodo autem probetur quantitas, & estimatio vide Bossi. in t. de fur. nu. 2, & ibi allegat Bar. in l. si quando in f. C. vnd. vi. & vt ibi seruatur in practica, & ad executionē damni quilibet de communis tenetur in solidum, l. i. ij. & iij. ff. de his qui deic. vel effu. Bar. in auth. hoc ita C. de duob. rei. sed ad hoc damnum non tenetur villa, licet exstant statuta per Italianam, † Quibus cauetur quo in aliquo calu villa teneatur ad restitutionem, seu emendationem dñmorum datorum, si in ea villa non sint quinque homines, qui sint patres familiās i. a notabiliter tradit, Bal. in cap. i. in ij. col. vers. quero quot homines ext. de elect. hoc refert Alex. in l. f. in pen. col. verific. Item per istum tex. C. de testam. & ad hoc statut⁹ videnda sunt notata per Bar. in l. prætor la ij. in prin. ff. vi. bon. rapt. Vnde hic aduertendnm, quod in tali villa vbi non sunt nisi duo, vel tres tantum, fama villæ non sufficit, ita not. Abb. in ca. Inquisitionis de accusat. Bal. in Margatita sua in verbo fama de vna notabili questione queri potest, † Si passus damnum faceret, & sustinet, onera, & factiones ville, si imponit collecta in illa villa profoluenda re derobata an etiam ille cui facta est robaria, reneatur contribuere, & dicendum quod tenetur ipse quoque cōtri buere Bal. in libro statutorum fol. 153. nu. 5. tex. est not. in l. ab hominibus §. si à titio. ff. de leg. i. † Sed quid esset, si aliquis foreas ad esset in villa, cui derobatum fuisset, an poterit gaudere beneficio statutorum in iurando, vel alia faciendo, vel petendo vigore statutorum, & dicendum quod non Paul. de Cast. in l. omnes populi in f. & ibi cur. in Apostil. ff. de iust. & iur. Hypol. de marf. in singul. 253. Dec. in Conf. 550. Roma. in Conf. 223. Alex. in Conf. 42. vol. vij. Paris. in Con. xij. nu. 26. vol. iij. sed tamen forensis omissa via statuti probando per testes, vel loci visione⁹ de damno sibi dato vel violētias, aut de delicto commisso, & etiam probando per testes personam quæ dolo malo de derit damnum, vel violentiam, aut delictum, commiserit poterit de in re communī iurare super quantitate damni, & extimatione

matione rerum, & eius iuramento erit credendum, per tex. in b. si quando C. vnd. vi. & in cap. f. quod met. eau. l. nūmis & ibi gl. in f. ff. de in lit. iur. Alex. in Conf. 105. vol. i. Fely. cap. cum P. M. 7 nu. 3. de accusat. † Forensis etiam qui soluit onera personalia, vel collectas impositas personis pro rebus, & habitat in loco statuti, gaudebit beneficio dictorum statutorū, & aliorum, Paul. Cast. in d. l. omnes populi in f. Ruin. Conf. 100. nu. vij. Alex. in d. Conf. 41. † Et hoc intellige in forense habitante, & soluente dicta onera in loco statuti, etiam si non constaret quod in eo contraxisset domicilium per decem annos, in loco statuti habitando, sed si habitasset per decem annos, etiam non soluendo aliqua onera, diceretur contraxisse domicilium in loco statuti, & dicitur subditus & posset gaudere be neficio præmissorum, & aliorum omnium statutorum, Paris. in d. Conf. 12. nu. 20. 10 & 22. vol. 3. † Clerici tamen & omnes personæ Ecclesiastice etiam si non soluant onera, poterunt iurare ad formam prædictorum statutorum, & gaudere beneficio omnium aliorum statutorum laicorum, & locorū, etiam quod esset statutum, quod non soluentes onera in communī, non gaudeant beneficijs statutorum, & etiam si esset statutum, quod non subditi statutis, vel communī loci non gauderent beneficijs statutorum, ex quo ipsi sustinent onera spiritualia, puta orationes, & vigilias in loco statuti, & etiam ipsi per modum priuilegij, & libertatis Ecclesiastice possunt vti statutis, Alex. in Conf. 41. vol. vij. & Paul. de Cast. in d. l. omnes populi, hoc enim fallit quando statuta expresse denegarent beneficia sua clericis, quia valent talia statuta, nec dicuntur cōtra libertatem Ecclesiasticam, Dec. in Conf. 83. nu. 5. fallit etiam respectu clericorum forensium non habitantium, & non substinetum onera spiritualia, nec temporalia in loco statutorū, quia tales non possunt gaudere beneficio ipsorum statutorum, vt sentit. Dec. in conf. 114. col. 2. ver. & licet in hoc tamen, & in alijs standum eit cum Sancta Matre Ecclesia, limitantur etiam omnia statuta disponentia credi debere iuramento damnum passi tam respectu damni, quā estimationis, quam etiam proprietatis & possessionis, ac dominij, † Et omnia alia statuta libentia esse standum iuramento camparij, vel Saltuarij, aut alterius, & omnia iuramenta & sententias in ipsis causis facta, & latas procedere in Iudicijs summarij, cum premissa

sa iuditia damni dati & similia sint Iuditia Summaria, & agita-
ta in Iuditio summario, non autem procedere, nec allegari pos-
sent, vbi in alio iuditio ordinario de possessione vel proprietati
12 tis rerum ageretur quia est communis opinio, [†] Quod acta sen-
tentia, ac iuramentum facta in iudicio Summario, seu ibi Sum-
marie articulus incidens, puta dominij vel possessionis ventila-
tur non obstante in iuditio ordinario, Bar. l. si iudex in f. ff. de his
qua sunt sui vel alie. Doc. in l. qui Roinq §. duo fratres. ff. de ver.
cōlig. Corn. in Conf. t 26. vol. 4. limitantur etiam talia statura
non habere, locum quando adesset presumptio juris, contra iu-
rare volentem, quia tunc non poterit iurare Bar. in l. inter omnes
§. recte col. f. ff. de fur. stante igitur, quod homines ville suc-
cumbant pro damno, & illud habentes non audeant propalare
damnatorem, sed velint resarciti ab ipsis hominibus, haec est ini-
uria que de facili non potest sustineri, nisi cum grauiissima ini-
niicitia, cum innocentia condamnetur.

SUMMARIUM.

- 1 Lanio sepe dat carnem ouis pro hedo.
- 2 Cibi delicati sunt permissi personis delicatis.

De Iniuria per Lanionem ob venditionem car-
nis morboſa. Caput. 42.

Si Niuria committitur per Lanionem hoc modo, aliquis Dominus reperitur infirmus ali-
qua grauiſſima infirmitate, & habens expen-
ditorem sive factorem, qui quotidie expedit
pro familia, & cum ex Phisicoruſ Iuſſu, quod
propter facilē digestionem ex quo infirm
habet pectus frigidū, fuerit ordinatum, quod debeat comede
re carnē hedi, & quod in eius iure buliatur cicorea cum alijs
herbis, & in summa mane pro syruſo bibat illud, modo factor
ille exequens mandatum, accessit, [†] Ad lanionem, & illum in-
tetrogando, & rogando vt det carnem hedi, ipſe vero dedit car-
nem

men ouis marcide, & sic morbosam, vnde credens ita rem fore,
[&] carne & iure infirmus gaufus fuit, adeo quod ex illa causa
sebribus grauatus fuit vsque ad mortem [†] Nam sicuti cibi deli-
cati sunt permissi personis delicatis, gl. & Abb. in cap. cum in-
stantia de censi, ita illi qui sunt morbosii offendunt, hic enim in-
firmus post multa medicamina fuit liberatus a grauiori infirmi-
tate, causata ob confectionem illius morbosae carnis, non est
refricandum in dubium, quod infirmus postea effectus sanus,
mente vagabit cur lanio hoc fecerit, si pretermio vel praece aliquo
rum inimicorum hoc fecerit, an vero ut eius inimicus hoc fece-
rit, & licet causa grauior ab effectu magis ex una re, qua ex alia
eficiatur. Ideo cum morte quasi fuerit adeptus, cogitur ex prae-
habita iniuria, non immemor quod lanio odio Dominum pro-
sequebatur ex hac causa, cum pluriſ fuisse repertus in dolo
veniendo carnes morbosas, fecit eum pluribus vicibus cōdem-
nare, vnde putans lanio ex hac via vindicare damna recepta oc-
caſione illi Domini, cogitauit illi tradere loco carnis hedi, car-
nem ouis morboſe, vnde Dominus qui multum in corpore pas-
sus fuit, & qui in animo magis patitur, considerando quod cau-
ſa sua fuit iusta, & illa quam habet lanio est iniusta. Ideo ex hac
iniuria cum ad vindictam fecerit, oritur inimicitia reconcilia-
tionis indigna.

Pro hac re
mittenda u
de in lib.

c. 7.10.14.

SUMMARIUM.

- 1 Terminum amouens punitur.
Pena secundum conditionem personarum & mentis, extirpantis.
- 2 Terminum per ignorantiam mouens qua pena puniatur si terminus fuerit furatus.
Et ibi vide penas.
- 3 Iudex in pena arbitaria an possit imponere penam mortis.
Et quomodo sit intelligendum.

De Iniuria ex ammotione termini.

Caput. 43.

NIVR IA committitur in ammotione termini, quia ex tali motu, vicinus damnificat vicinum, & qui reperitur Iesus ledetem odit. Ideo Iureconsulti apposuerunt p.enam, quæ talis est ut infra dicetur † Terminorum aul forum nona mulcta pecuniaria est, sed pro conditione admittentium coercione transigen-dum est, ut in l.i. ff. de termino mot. vnde in l.ij. eo. ti. habetur, quod Diuus Adrianus in hæc verba rescripsit, quoniam pessimum factum sit eorum, qui terminos finium causa positos protulerint, dubitati non potest, de pena tamen eorum modus ex conditione personæ & mente facientis magis statui potest, nam si splendidiores personæ sunt, quæ conuincuntur, non dubie si occupandorum alienorum finium causa id admiseriat, possunt ad tempus ut cuiusque patiatur etas relegari idest si iunior in longius, si senior in recisis, si vero alij negocium geslerint, & ministerio functi sint, castigari & ad opus publicum biennio da-
ri † Quod si per ignorantiam, aut fortuitum lapides furati sunt sufficit eos cedere verberibus, in Agraria lege, quā Gaius celar tulit aduersus eos, qui terminos statutos extra suum agrū fines ve mouerint, dolo malo pecuniaria pena constituta est nam in terminos singulos quoad eiecerit, loco ve mouerint, l.an reos in publico dare iubentur & eius actionis petitionem ei qui voler esse iubet, alia quoque lege agraria, quam diuus Nerua tulit, cauetur ut si seruus serua insciente Doinino dolo malo fecerit, ei capitale esse nisi Domin⁹ Domina ve mulcta sufferra maluerit, hi quoque qui finalium questionum obstruendarum causa faciem locorum conuertunt, ut ex arbore arbusum, aut ex sylva cedula nouale, aut aliquid eiusmodi faciunt, pena plectendi sunt pro persona & conditione & factoram violentia, adeo quod ex præambulis verbis pena est a lege iudicis arbitrio remissa, vnde quærendim, nunquid † Iudex ipse possit imponere p.enam mortis, hæc enim questio est dubia, & satis disputata, & presertim per Marant. in suo Specul. fol. 26. nu. 53. nam gl. in §. in summa

ma in verbo extraordinaria inst. de iniu. tenuit quod possit, hoc casu Iudex arbitrari etiam in p.enam mortis, & illam gloss. approbat Barbat. in cons. ij. post nu. 6. lib. 1. quem refert Dec. in cap. ex literis de constit. tenet Alciat. in cons. 472. in fi. & pro hac opinio. fuit iudicatum, contrariam opinionem alij tenuerunt Afllic. in decis. 276. Grammat. in cons. xlviij. Felyn. in cap. Inquisitionis de accusat. & hæc opinio re vera est magis tuta, & mirior, & in iudicando ab ea non est recedendum, sed dato etiam quod esset vera opinio gl. d. §. in summa intelligenda est, vi procedat, quando qualitas delicti, aut circumstantiarum, sit talis, q. de iure communi vel consuetudine esset pro eo delicto pœna mortis imponenda alias secus, & illa gl. communiter limitatur Alex. in consi. 121. lib. vij. Grammat. in consi. 39. statuum nostrum imponit p.enam libratum xxv. ex ammotione igitur termini, multa absurdia sequuntur, non tam apud pri-uatos, quam apud Principes, multa bella orta fuerunt, nam nomine Romanorum illi tres orati occiderunt illos tres curiatus, multo ergo sortius tenendum est, quod qui ammouerit terminum propter iniuriam cui fuerit ammorus, efficitur inimicus, adeo quod dilectio procul erit.

Pro hac re
mittenda vi
de in li. iiij.
proemium
c. 7. 9. 14.

S V M M A R I U M.

- 1 Equites qui præstant ministerium curijs principum equitant per ciuitatem ob eorum dignitatem.
- 2 Equus unius equitis calcitrando calce percussit equitem consocium, an ei competit actio de pauperia.
- 3 Milites de iure communi prohibetur accusare nisi suam uel suorum. Iniuriam proficiuntur.
- 4 Milites curare debent quæ pertinent ad militiam.

De Iniuria recepta a quadrupedibus.

Caput. 44.

IN V R I A committitur hoc etiam modo † De consuetudine Equites qui ministerium praestant curijs Principum, solent equitare per ciuitatem, propter eorum conseruandam dignitatem, vnde cum essent in commititia † Vnus eorum habebat equum Calcittantem, qui calce percussit, ex illis nobilibus equitibus vnum, ex hac causa actio de pauperie competit, si animal nocuit non culpa hominis, & contra naturam sui generis, sed si culpa hominis percusserit, habet locū actio l. Aquil. sed si secundum naturalem feritatem sine culpa hominis, actio cesat. *tex.* & ibi Bar. *in l.j. ff.* si quadrup. paup. fec. dic. sed cum isti equites profitentur arma, non curant actiones, dumtaxat recurunt ad ea † *Quia milites de iure communi prohibentur accusare; nisi suam vel sutorum iniuriam prosequantur tex. in l.* non prohibentur, & in l. criminē C. de accus. debent enim † Milites curare ea, quae ad militiam pertinent, non autem se litibus criminalibus immiscere, hoc enim antiquis temporibus facere solebant, hodie licet milites nostri temporis admittuntur ad accusandum indistincte, tamen ut dixi omitū accusacionem, & veniunt ad arma, hiac est quod ille eques qui habebat equum calcitrantem, cum esset apud riualem quendam suum, qui pati modo reperiebatur in eadem commitiua, strinxit equum suum calcaribus, qui caput calcitrare & calce feriit in crure sinistra riualem suum, vnde ex ista causa cum sponte hoc fecerit, & cum ritualis ex iniuria remanserit offensus, non est dubitandum quod effectus est inimicus, & inimicitia orta ex iniuria amoris, ardet animum ad vindictam non autem ad pacem, nisi prius prævia vindicta, ad quam si forte peruentum sit, durante amore illius Damæ ad cuius intuitum inimicitia stante iniuria orta fuerit, animus semper turbatus remanebit.

S V M M A R I V M.

- 1 Monumenti statuam ammonens tenetur ad interesse ei ad quæ pertinet.
- 2 Condemnatus infamis reputatur
- 3 Monumentum violans ab eo extrahendo tenetur actione in factum & punitur ut ibi.
Idem si spoliauerit occisum.
- 4 Index non debet sequire in cadauere.
- 5 Damnatorum corpora de iure canonico possunt sepeliri.

De iniuria ex euulsione statua non plumbata
vel affixa a monumento. C. 45.

- I**N V R I A Committitur † Quando aliquis temerarius euulxit de monumento statuam, si neq; plumbata, neque affixa sit, tenetur actione infraictum ad interesse ei, ad quem pertinet sepulchrum & hac actione condemnatus infamis reputatur.
- 1 *l.j. & ij. ff. de sepulch. viol.* † Contra igitur dolo violentem sepulchrum, datur actio infraictum, violatio fieri potest, si corpora ex sepulchro extraxerit, vel ossa eruerit, quod si quis hoc fecerit, si humiliores fuissent, summo supplicio afficiuntur, si honestiores in insulam deportantur, alias autem relegantur, aut in metalum daminantur. *l. ff. eo. eadem pena sepulchri violati punitur qui spoliauerit occisum, Arno. different. lxvij. vn de videri potest, quod locus mortuorum & ipsi mortui sunt considerandi* † Verum solet dubitari, quando quis de crimine confessus uel conuictus, uel est condannatus ante executionem moriatur uel naturali facto, vel quia sibi ipsi manus intulerit, quid det Index tunc facere quo ad penam corporalem cerre non debet ullo modo sequire in eius cadauere, neq; illud suspendi facere, & assessores qui id faciunt, tenentur iniuriarum actione, & est pessima practica Paris. de Put. de synd. fol. 315. nu. 1. Sapientia in l. Imperii post n. 7. de iuris. om. iud. Doc. in l. i. ff. ad syllan. tamē corū cadauera damnatorū non possunt deponi, neq; sepeliri, ni-

*Pro hac re
mittenda ui-
de in lib.
iij. proem.
c. 7. 10. 14.*

si habita licentia a Principe , præsertim si sunt damnati ob cri-
men lesæ maiest. vt in tot. ti. ff. de cadauer. punit. † De iure ta-
men canonico corpora damnatorum possunt sepeliri, cap. quæ
situm lv. q. 1. & ita in tota Italia obseruatur qui igitur in sepul-
chro, & in cadaueribus suorum antecessorum, receperit uiolē-
tiam, ex hac iniuria efficiuntur inimici grauissimi.

S V M M A R I U M.

- 1 *Principes agunt contra propria commoda, ob impositionem onerū subditos fieri pauperes.*
- 2 *Gabellas fraudantes an facere possunt salua conscientia.*
- 3 *Gabellæ inductæ à principe vel ab alio habente potestatem nō pos-
sunt sine peccato fraudari.*
- 4 *Gabellas exigentes possunt fraudari tam à subditis quam à foren-
ibus.*
- 5 *Gabellas quæ sapiunt nimias extorsiones fraudari possunt.*
- 6 *Gabella iniusta fraudari potest.*
- 7 *Passagerius tenetur ad interesse, passus deuiciat culpa eius domino
pedagiorum.*
- 8 *Gabella an debeat soluere nauem quæ uiuentorum propter tem-
pestatem ad portum accessit.*
- 9 *Eadem ratione si in cursu hostium.*
- 10 *Gabellam non tenentur soluere qui tempore siccitatis accedunt ad
macinandum ad molendinum nostri terretorij.*
- 11 *Venient propter necessitatem famis quæ est magna necessitas.*

De

De iniuria facta per Principem ob Impositio-
nem gabella. Caput. 46.

N I V R I A committitur per Principē quā
do plura onera & faciones Gabellas im-
posuit subditis suis, nam ex hac causa &
& varietate messis populi efficiuntur tenues,
& pauperes, vnde pluries procurant frauda-
re gabellas, & datia, & tamen † Principes
agunt contra propria commoda, procuran-
tes ex gabellarum causa subditos fieri pauperes, nam Imperiū
& fiscus abundabit, si subiectos habeat locupletes, in §. cogita-
tio in auth. vt Iud. sin. quo suffr. † In quantum igitur possunt
subditi procurant fraudare gabellas, sed an possint salua con-
scientia hoc facere, secundum communem opinionem Docto-
rum † Si gabellæ sunt inductæ a Principe vel ab alio habente
potestatem, non possunt sine peccato fraudari idest earum solu-
tio omitti tam a ciue quam a forense, sed inductæ à non habé-
te potestatem inducendi † Vt sunt multi populi vel nobiles de-
facto exigentes gabellas, possunt licite fraudari tam a subditis
quam à forensibus, cum tunc dicantur extorsiones, quod est
verum nisi talis inferior à Principe habeat priuilegium, vel ex
prescriptione quia tunc fraudari possunt a forensibus tantum,
non a subditis sine peccato, secundum Doctores moderniores
& Angel. de periglis post Bar. in l. vectigalia. ff. de publi. Bal. in
cap. i. col. i. quæ sint regal. in vi. feud. Bal. in l. ii. & ibi Angel. C.
de iur. aur. annullo † Qui dicunt licitum esse fraudare gabel-
las, maxime illas quæ sapiunt nimias extorsiones, & præsertim
forensibus, Bal. in l. i. in prin. C. de caduc. toll. † Quod licitum
est fraudare gabellam iniustum, idem tenet in l. iii. C. de naut.
feno. vbi ait quod si passagerius accepit duos denarios, pro ga-
bella, cum debeat accipere vnum, licitum est declinare viam,
& passagium fraudare † Sed ipse passagerius tenetur ad inte-
resse passus deuiciat culpa eius Donino pedagiorum, a quo co-
duxit, & pro hoc articulo est, Bal. in l. i. ii. col. ff. de rer. diuis. in
hac materia proposita pulchra quidem questio se offert, † Si
nauis vi uentorum & propter tempestatem superuenientem ad

Q 4 portum

portum accederet, an debeat solui gabella, & dicendum est, q̄ non, sed Bal. in l.i.C. de naufrag. lib. x.l. cesar. ff. de public. & l. fi. §. necessitatem eo. ti. & eadem ratione dixit si propter incursum hostium, illi qui erūt in terretorio vicino fugierunt in terretorium nostrum, quod inde possint redire, & res suas exportare, & extrahere non soluta aliqua gabella, subdens etiam ibi
 9 Bal. facere arg. † Quod si tempore siccitatis homines vicini terretorij nostri veniunt ad macinandum ad molendinum nostri terretorij, quod possunt reportare sine solutione gabellæ, quia illuc veniunt propter necessitatem famis, quæ est magna necf sitas. l.i.C. de patr. qui. fili. dist. populi igitur multum grauati in gabellis existimant hoc fieri per Principem per iniuriam, vt ipsi efficiātur pauperes, & quod stante eorum debili vi, non va leant aduersus eos machinare, vnde hic insurgit questio quid melius Principi conueniat an amari, vel timeri, sed hanc questionem argumentis non tangam, hoc duntaxat considerandum censeo quod Deus a nobis nihil aliud querit, nisi amari, & pariter Ecclesia nihil aliud iubet, Deum amare, & eius mandata seruare, ecclesistes cap. fi. Ideo ex hoc exēplo ita Principes age re deberent, quia & apud Deum & subditos suos, præmium & benevolentiam consequerentur, sed cum diuerso ritu vtantur ex illata iniuria populi efficiuntur inimici, & in eorum opportunitatibus terga vertunt, dum valeant.

S U M M A R I V M.

- 1 Filius debet obedire patri suo superiori.
- 2 Pater præsumitur se odīse per filio.
- 3 Pater præsumitur benefacere filio.
- 4 Principi pater & filia sunt coacti obedire.
- 5 Pater solet thesaurizare filijs.
- 6 Consensus parentum non requiritur in sponsalibus & matrimonii.
- 7 Filia si nubit, sine consensu patris post xxv. annum nō potest postea exheredari
Ampliatur ut ibi & limitatur vt ibi.
- 8 Maritus accipiens uxorem sine dote tenetur eam alcre.
- 9 Cautela in matrimonii clandestinis quando filia nupsit sine consensu patris, vt eligat sponsum dote premissa vel constituta.
Quod procederet si etiam nupsisset ante xxv. annum.

De Iniuria qua fit patri per Principem in nubendo eius filiam cui Vult. Cap. 47.



NIVRIA commititur per Principem aduersus subditum habētē filiam nubilem di uitem, quādo eam collocat in matrimoniu vni ex suis curialib⁹ pauperi, sed nobili, sub hoc colore, q̄ ipse Princeps hēt, & possidet bona pro eo, † Et pater qui est superior cui dēt filius obedire, l. ij. ff. de iust. iur. † Et qui præsumitur se odīse pro filio, l. qui rei. §. si quis. ff. de bon. eor. qui sibi mor. consc. † Præsumitur etiam benefacere filio, & lex multum confidit de eo, Specul. de tut. §. fi. † Et nihilominus pater, & Filia coacti sunt obedire Principi cōtra eorum voluntatem, & in graue præiudicium. vnuſquisque animaduertat, quomodo pater se habet in dolore, quando hoc ei cōtingit, quia pater plus diligit filium, quam se ipsum, l. isti quidē in fin. ff. de eo quoꝝ met. caus. † Pater solet Thesaurizare filijs, cap. prædictor xvi. q.i. & tamē ex iussu Principis lui dat filiam, cui alias non daret, si hoc egre facit, certè amor ab vtraque parte abesse potest, & debet, quia coacte agendo, pater non potest candido animo diligere quem ex cuius violentia est illegitime coactus, & similiter gener cui hoc est apertum socerum non diligit, magnū. n. est, hu iusmodi nuptias cōtrahere inuitis parentibus, eo maxime cum pater sit qui contra mentem agit ad disponendam filiam, vt præstet consensus voluntati principis hoc agit Pater vt se gratum principi reddat, nam facilius filius potest seduci a Patre, Ideo ei iubet 6 Princeps, quod est valde cōsiderandum † Nam in sponsalibus & matrimonij non reqniritur consensus parentum, nec possunt parentes pro filijs, nisi expresse vel tacite cōsentientibus contrahere, hēc conclusio quā non procedit de iure ciuil. in l. Paulus .ff. de stat. hom. §. i. i. nupt. de nuptijs l. si vt proponis C. de nupt. procedit de iure canonico in cap. i. de despōsa, Impub. in vi. & est feruandum ius Canonicum in materia ista. in cap. pen. & fi. de secūd. nupt. inst. in §. septimo de grad. cogn. hēc enim 7 conclusio ampliatur, † Vt si filia nubat sine consensu patris, nō posset postea exheredari, quod maxime procedit, si nupsit post

vigesimumquintum annum, & idem si peccauit, tūc in corpus suum imputatur enim patri, qui tandem distulit matrimonium eius, in auth. sed si post xxv. C. de inoffic. testa. Item ampliatur vt hoc casu pater teneatur dotare ipsam, de quo sūt gl. xxx. q. ij. cap. hoc factum, & in cap. de rapt. xxxvi. q. ij. quæ tamē gl. limitat istud nisi filia elegisset maritū indignū, de quo Alex. Cons. 139. in vol. ij. Panorm. in capit. primo de sponsa Impub. idem in capit. accedens de procurat. in c. i. de adult. in quibus locis limitatur, qñ filia quę sine cōsēsu patris nupsit, dotē promisisset, profecto. n. si maritū inācesset, cui sine assignatione. aut promissione dotis nupsit. nō tenetur ei pater assignare dotē, nam quā quis paternum officium sit dotare filiam, & ad hoc Iudic. officio compellatur, l. qui liberos. ff. de rit. nupt. l. f. C. de dot. promiss. si iam maritum inuenit cessat ratio dandæ dotis, etiam pro parte patris, & similiter ratio compellendi eum, simile dicūt Doc. de patre qui Iudicis officio licet compellatur alere filiū, tamen aliud est si filius aliūde habeat, ut se aleret, quia cessat ratio cōpellēdi patrē, de quo notatur in leg. si quis à liberis. ff. de liber. agnosc. † Quando maritus accepit vxorem sine dote teneatur alere, §. pen. auth. quib. mod. nat. effic. legit. Inno. not. in ca. per vestras de dot. post. diuort. restitu. Vnde Pano. in locis proxime adductis inquit, † Cautela est in istis matrimonij clandestinis, in quibus filia nupsit sine auctoritate, & consensu patris, vt eligat sponsum dote promissa, vel constituta, & subiicit Panor. adde artari patres in casu isto, vt procedat etiam si nupsit ante xxv. annum, nā dos succedit loco alimētorū, & eisdem de causis dos denegatur ex quibus fit exhereditatio §. ne optime de nupt. col. iiiij. tunc ergo si pater tenetur alere, fortius dotare, Panorm. in cap. i. de despōl. Impub. haec dicta sunt ex subiecta materia, cum sit odiosa, & questionibus odiosis est pertractanda, & tāto magis efficitur odiosa, cum ad voluntatem Principis pater nubit filiam suam, ex hac enim iniuria efficitur pater inimicus Principis, licet animum suum ostēdere nō valeat.

S V M M A R I U M.

¹ Rebelles qui non reuelant puniuntur pēna relegationis.

² Rebelles sunt extra legis protectionem.

³ Rebelles exploratores inobedientes Principi sunt, vnde puniuntur pēna de qua in exiremag. qui sunt rebelles.

De Iniuria per Exploratores exercitum facta Principi. Caput. 48.

N V R I A cōmittitur aduersus Principē quā do mittit Exploratores ad uidendū inimicoruū exercitū, quomodo se habebat, & in quo loco iacebat, & si armis, ac aliis bellicis necessariis erat munitus, vnde illi exploratores ab inimico exercitu rogati, & praevio corrupti, vr diuersum referant, videlicet quod exercitus est in hermis, & quod caret omni munitione, & si veritas se haberet in contrarium, hinc Princeps capiens animum audacissimum, & putans in manibus habere victoriam, adduxit exercitum suum ad pugnandum, qui remansit afflictus, & laceratus à cataphractoribus, qui in magna copia erant in exercitu inimico, adeo quod exercitus Principis remansit pro parte expoliatus, & pro parte occisus, unde exercitus inimicus asportauit insignia, & exuvias, & victoriam asportādo, gaudebat pēda acquisita, ad quā 1 victoriam accesserunt exploratores, qui sunt ita odiosi, † Quod si quis sciret eos esse rebelles, & non reuelaret, punitur pena 2 ad minus relegationis, l. metrodorum, ff. de pēn. † Ipsi vero rebelles sunt extra legis protectionem, Bal. de Vbald. in tract. de 3 Pac. const. nu. 38. † Ex quo sunt inobedientes Principi, circa cōcernentia prosperitatē eius vnde puniuntur pēna de qua in extrauag. qui sunt rebelles, & ibi Bar. Ideo considerandū, quod isti qui fuerant electi à Principe, veluti eius confederati, quod tanto magis augetur odium, ex iniuria recepta, quæ cum non possit effectualiter vindicari, cum exploratores accesserint ad exercitū inimicum, Princeps efficitur ita inimicus, quod nō ^{iii.} procēst verisimile, ex rebellione, & dāno recepto, quod eos diligit. ^{Pro bac remittēda vide in li. mium c. 7.}

S U M M A R I U M.

¹ Arma & insignia unusquisque assumere potest.
Sunt ad placitum sicuti nomina.

² Arma & insignia non licet, portare vel pingere nisi in suo non in alieno.

- 3 Arma, & insignia aliena portare non licet.
Si ex hoc iniurietur aut laeditur.
- 4 Insignia, & arma index prohibere potest ex officio si uiderit scandalum sequi posse.

De Iniuria facta per mercatorem Mercatoris Leuantem insignia appotheca.

Caput. 49.

INIVRIA committitur per mercatorem contra alium mercatorem, quando ipse quoque ad eius appothecam appendit insignia, appothecæ similia alterius mercatoris, eo maxime quando appothecæ se inuicem tangunt, quod multo magis præsumitur facere ad damnnum, & iniuriam primi mercatoris habentis insignia illa, vnde ex hac causa solent ne dum lites sed etiam rixe, & homicidia euenire, † Et licet auctoritate propria sibi aut arma, & insignia quis assumere possit, sicut enim nomina inuenta sunt ad cognoscendum homines, l. ad recognoscendum C. de ingen. & manu, ita etiam ista insignia ad hoc inuenta sunt, ff. de re. diuis. l. Sanctum sed talia nomina cuilibet licet sibi imponere ad placitum, vt d. l. ad recognoscendos, † Ita ista insignia cuilibet licet portare, & impingere in suo, tamen non in alieno, l. iij. C. ne liceat fin. Iud. & ibi not. per gloss. cap. dilecti de priuil. dubium enim stat in hoc, quod si à Prin. quis sibi possit assumere, an aliquis portare possit insignia, & arma alterius, vel prohiberi possit, uidetur quod possit portare, quia quilibet potest summere nomen alterius, ff. ad Trebel. l. aut facta §. si vero nominis, l. cum filius §. pater ff. de leg. iij. possunt esse plures eiusdem nominis, l. duo sunt Titii. ff. de test. tu. ergo potest quis sumere arma aliena, & plures eadem insignia portare, cum hoc fiat ad recognoscendum, † Contra vero est regula, in l. id. ff. de reg. iur. id quod est nostrum, si enim prius est, nostrum, sine facto nostro à nobis auferri non potest, signum portare, & prohibere potest ille, cuius est signum, seu petere quod prohibeat, si ex hoc ipse iniurietur leg. mime C. de Episcop.

Pro hac rem ietten-da ride in li. iij pro a- mium. ea. 7. io. 14.

- Episcop. aud. cap. dilecta de excess. præla. quilibet igitur tertius qui laedit, ad ipsius petitionem prohiberi potest ne portet, l. i.
- 4 C. de his qui poten. nom. in auth. de mand. Princ. §. pen. † Ex officio etiam Index prohibere potest, si uiderit hoc ad scandalum posse esse, & dissentionem subditorum, l. i. C. de lat. lib. toll. quando igitur hoc sit factum ad iniuriam, non est dubium, quod in discutiendo tale iudicium nascitur inimicitia, cū trahatur de damno inferendo cuius dilectio est inimica.

S U M M A R I V M.

- 1 Identitas rei cuiusque probari debet.
 - 2 Moneta falsa non potest ita de facilis probari an sit illa soluta vel ne.
 - 3 Moneta falsa etiam si in se sit bona dicitur quando est fabricata a nobis habente autoritatem.
 - 4 Monetam falsam expendens quando excusatur.
 - 5 Monetam falsificans sui Principis incidet in crimen lese maiestatis. Secus si extraneus.
 - 6 Moneta fuit ante Christum.
- Monetā falsam fabricans punitur pena de qua in l. iij. C. de fals. mon.

De Iniuria ex solutione moneta falsa.

Caput. 50.

- I**NVIRIA maxima oritur aduersus eum, qui ab aliquo emerit fundum, aut aliam rem, & exbursauerit monetam falsam, & cum à vendente hoc probari non potest, quod ab eo receperit illam monetam falsam, † Cum ita de facilis identitas rei cuiusque sit probanda. Paris. in Consil. lxvij. nu. 10. & in Consil. cvij. nu. 6. vol. j. † Et in hoc casu non possit ita de facilis probari, vnde ex damnō, & iniuria animus ad irā, & inimicitiam concitat, nam expendens falsam monetam, si quidem numimi sunt plumbei, vel stannei incidit in pænam legis Cornæliae de fals. si vero non appareat, quod essent plumbei vel, stannei punitur tantummodo pæna extraordinaria, Iudicis arbitrio in

trio in l. lege Cornelia in prin. ff. ad l. Cornel. de fals. ita tenet Alex. in Conf. 121. nu. 3. lib. viij. Salyce. autem in l. ij. nu. 6. C. de fals. mon. tenet indistincte imponendam esse penam falsi ordinariam, Marf. in l. qui falsam nu. 64. ff. de fals. & haec opinio seruatur in Practica, Viuius in lib. comm. opin. in verb. † Moneta falsam sciens, & falsa etiam moneta dici potest, si in se sit bona, sed fabricata à nō habēte auctoritatē, vt not. Bar. in d.l. lege Cornelia † Sed expēdēs pecunia falsā, si talis docet a quo pecunias habuerit, nā excusatur. Angel. post Iacob. Butr. in l. maiorem C. de fals. secundū aliquos excusatūt expēdens ab illa præsumptione, quod falsa moneta fieri nō fecerit, sed nō excusatur ab vsu, quem solum starutum considerauit, vt colligitur clare ex dictis Saly. in d.l. maiorem & vt tradit Alex. Conf. 104. col. ij. vol. j. † Sed an falsificans monetā sui Principis incidit in crimen læse maiestatis, secus si extranei, quia eius subditus nō est, tex. in l. fi quis nummos, & ibi Bal. C. de falsa monet. & notandum quod dicit Alber. de Ros. † In dictionario suo in verb. moneta vbi inter alia dicit, quod illi triginta nummi argētei quibus proditus fuit Dominus noster, fuerunt prima pecunie, quæ fuerunt in mundo confecte, quæ quidem opinio non est Euangelica, fortasse dici potest, quod qualitas illius monetæ nō fuerat prius fabricata, sed quod antea non adessent monetæ, uel non expendenter, credendum veritatē in cōtrarium fuisse, quia tempore anti quorū Romanorum habebant monetā, & propterea fuit confessus titulus C. de veter. numis. lib. x. nam talentū apud priscos diuersi pōderis fuit, Atticum talentum vt docet Plin. sexdecim sestertia valebat adeo, quod talentum erat moneta, & pariter sestertium, & huiusmodi monetæ expēdebantur antequam Christus nasceretur, satis eaim est. † Quod qui fabricat, & expendit falsam monetam, punitur vt supra & C. de fals. mon. in l. ij. & ibi Salyc. qui igitur fundum vel merces, aut alias quamcumq; rē alienauit pro falsa moneta, sine spe refectionis, ne dum damnū, & iniuriam patiendi, verum ita etiam effectus inimicus erit quod ab ea inimicitia non transibit cum dilectione ad amicitiam.

S V M M A R I V M.

- 1 Lex non debet esse causa mali.
- 2 Legem falsam allegans punitur.

De

De iniuria Doctori per Doctorem arguentem
de tex. falso. Caput. 51.

N I V R I A committitur etiam aduersus doctorem, qui præsentatus in collegio ad hoc vt describatur in matricula, vt priuilegijs, immunitatibus, prærogatiuis, vti nobilis ciuitatis gaudere valeat, sed cum in collegio meo ne dum requiritur nobilitas sanguinis, scientia, verum etiam probitas morum, & vita bona fama & omnis conditio honorabilis apta ad capescendam dignitatem omnem, & cum in dicto collegio fiant duo experimenta, in primis repetit viam legem cum quinque conclusionibus contra communem postea assignatur lex pro pūcto, & in primo casu arguunt quinque Doctores, in secundo sex, & strictissime arguunt quod forfate alibi non ita seruat, si vnum autem ex illis arguentibus ad diceret tex. falsū † Et si lex nō debet esse causa mali Bal. in l. ij. C. de ind. vid. toll. † Eo maxime quia qui legē falsam allegat punitur Specul. de disp. & alleg. §. vi. vers. Item si adiocatus & cū homines omnes sint diuersi, cum aliqui nimis audaces, aliqui nimis timidi, & quid si ille timidus esset, qui cupit matriculari & cum videret se conuictum tex. falso, adeo quod ex hac causa peruerteretur totus sensus, licet postea arguens timens illico redargui dixerit quod capit errorem, & hoc fecerit dedita opera, vt sensus disputantis peruerteratur hanc iniuriam detestatam non amabit, sed illum in imicū habebit.


S V M M A R I U M.

- 1 Violentia punitur si vi cogitur renuntiare.
- 2 Beneficium an dandum su nobili ignorati an ignobili docto.


De

Pro bac
remittenda
vide in li.
iii. p̄c-
mīum c. i.
7.9.10.
11.14.

*De Iniuria facta impetranti beneficium si vi
cogitur renuntiare. Caput. 52.*




NIVRIA committitur etiam aduersus eum, qui impetraverit beneficium, & posterius coactus fuerit illud renuntiare, quia non potest, nec audet in eo habitare, nec valet resistere, auctoritati eorum, qui eum cogunt ad renuntiationem, & cum minis, † Licet violentia puniatur l.j. ff. quod met. cauf. Ideo talem iniuriam recipiens cum graui damno, si vindicta non erit licita, tamen ex quadam naturali institutione, ut inimicum proprij honoris, & vtilitatis odio eum habebit, & multo fortius calor animi augeatur in odio, quia renuntiatio fuit facta ignorantie, † Vnde hic cadit questio si in habendo beneficium concurreret nobilis ignarus, & ignobilis doctus, cui sit concedendum per Episcopum, & diceretur, quod magis debeat concedi ignobili literato, quia Ecclesia potius indiget scientiatis viris, quam ignorantibus nobilibus Arno, in soliloquio iij.



LIBER TERTIVS

IN VERBO BENEFACTIE
HIS ET C.

IN QVO MLES SACER
ostendit inimicos posse diligi cum modo
pacis, & cum detestatione
duelli, & loci inculti.



S U M M A R I U M I N P R O E M I O.

- 1 Adam formatus de limbo terre.
- 2 Homo nutritur in ventre matris sanguine menstruo.
- 3 Prudentia est sola Dei.
- 4 Infantis nulla cogitatio nisi in fletu.
- 5 Infantis primus motus est fletus.
- 6 Ambitiosus promotus ad honorem in superbiam extollitur.
- 7 Tempus est mora rerum mutabilium.
- 8 Iuuenis efficitur audax intelligens.
- 9 Homo natus ad paenam.
- 10 Hominis vita brevis.
- 11 Homo incidit in perniciisas cogitationes.
8 norū, † Nā qui non habet esse, nullum aliud bonum habere potest, non diuitias, non gloriam, non famam, non scientiam, non virtutes, non gratiam, non vitam æternam, ipsum etiam esse bonum ab omnibus est desiderabile, vndē Arist. in secundo de anima inquit omnia appetunt esse, & illius causa agunt, quæcunq; 9 agunt † Secundum naturam honorandus est ergo pater nōster, qui in cēlis est, quoniam per ipsum sumus, secundo debet honori Deus propter charitatem, sed hominis charitas non est reci proca Dei charitati, nā maior & longe maior est charitas Dei in filios suos, quā filiorum erga Deum multiplici ratione, Arist. in cap. viij. Ethic. & prima eſt diurnitas temporis, nam magis amor durat, tanto vehemētior perficitur amor autem patris ad 10 filios diuturnior est, quam filiorum ad patrem † Statim enim pater cum filiū nascuntur in signum dilectionis, præbet Angelū in custodiam eorum animq; alia ratio est certitudinis prolis, ipse non ignoratur nos esse eius filios qui eum patrem non cognoscunt alia ratio est vniōnis, nam Deus nihil aliud cupit q̄ nos filios ad eum patrem vñiri. tertio exemplo hoc agere debemus, videmus enim animalia Sylvestria, serpentes feroceſ, volucresq; rapaces, in patres suos pietatem & amorem exhibere, nos vero ita ingratia sumus, quod nulla exhibitio amoris erga Deū inest, beneficiorum immemores, & loco gratiarum blasphemis maledictionibus inimicitiae proximorum offenditionibus ac omnibus rebus turpibus operam damus, & tamen vt filij suinius subditi patri, non ne hoc est iustum non ne hoc est primum mandatum, & si redemptor noster est humilis magister, & nos eū imitari decet, ratione superioritatis, ad quam ordinata est obediētia ex cauſa corporali, cū omnia cōmoda quæ corpori incubūt, & quibus indiget corpus, tradat, ex cauſa temporali, quia vt Dñs mādere pōt in omni tempore ea, quæ cōcernūt publicum & cōe bonum, cū ignoremus quid petimus, ſepiuſ, n. petimus q̄ nocet, Ideo ipſe cōcedit q̄ nobis est proficuū, ex cauſa spirituali cū Ecclesiā elegerit in ſponsā, & in ea ad finē spiritualē temporalia ordinauerit, & in ea percepit ea quæ pertinēt ad vtilitatem, & necessitatē. Ideo ſiij in his quæ cedūt in detrimētū proprieſalutis, acquiescat obediētia paternæ, alias aut patris dilectio ofſenderetur & ex inobediētia afferetur vobis Regnum Dei, & dabitur gēti faciēti fructus eius verba sūt ſaluatoris nostri Ma-

11 th. in cap. 20. † Nam cōtra inobedientes elatos in superbiā mitit flagella, & cū absq; fructu pēnitētiae & humilitatis & honorū operū iñuenerit, merito suis beneficijs priuatos ī eternū suppli- ciū cōdēnabit, q̄a regnū Dei auffert ab illis qui supbissimi sunt inflati vanæ gloriae vēto. ob q̄ sine fructu verē obedientiæ legis Dei viuūt, qui igit̄ ad loca inculta, puocat cōtra ne dū leges, verū cōtra Deū agit, in vanā gloriā, & superbiā incidit, tā ab eo de testata, q̄ sup eū irā Dei prouocat, qđ igit̄ tibi p̄dest victoriae fa-
 12 ma, si erga te irā Dei habes, incūbe habere bonā famā † Cū bona fama lit thesauris hominis inestimabilis, & iucūdus, & sicut liliū dat suauitatē odoris, Bal. in l.i.C. de cōfess. in iiiij. col. nulla bona fama ab aliquo oriri pōt, nullusq; magis suavis odor oriri pōt in homine, q̄ obedire Patri cælesti, eiusq; precepta executio ni tradere, sed quæ fama orta fuit, poti⁹ est infamia diuulgata cū in loco alpestro vbi nō sūt humanae psonæ p̄sentes, vbi non sunt testes digni fide, cū ibi cōfidētes veltri sint, aut cōsanguinei, aut amici tā domestici, & tā cōfederati, q̄ ab eis veritas haberri non possit, cū eorū intētio sit magis ad fauēdū apta amico, q̄ fideli- ter ad demōstrādā veritatē perētibus, laudabī ergo bellū in lo- co inculto ò bellū iniquū, ò bellū detestabile, ò bellū pernicio- fissimū, vbi fere sēuissime vt vrsi, Apri, lupi venant, homines ve- nāt, quasi q̄ homo animal rationale habeat cū brutis aliquid cōmune, nō autem aduerit, q̄ ad similitudinē suā De⁹ creauit eū q̄ ei fuit cōcessa licētia ex gratia bene agere, q̄ regnū cēlorū ad eius instatiā aperit q̄ ratio bene viuēdi ex ppria natura ei adiu- dicat, q̄ ei soli locutio p̄stita est, & nihilominus ad loca incul- ta properat, animo ardentissimo & diabolico vt frater occidatur & s̄ape ambo occidūtur, videt pēnas infernales, & in illis se de- dita opera deijsit, hæc est fera crudelis, in cor ingressa, hæc est furia infernalis, quæ animū ardet ad cogitādū, & cōmittendum omnem turpē iniquitatem, omne nefandū scelus, nulla callida- tas, nulla malitia, nulla perfidia, nulla denique mala perscrutatio, ab eo omittitur, vt se addūcant ad loca, in quibus valeant, vt rabidi Canes morsibus ita se se inuicem laniare, vt fama peruo- let, quod fuerunt in pugna admodum generosi, & viriles, fama in infamia conuertitur, malum in peius reflextur, anima per- ditur, quia Dei preceptum spēnitur, Ideo qui male agit lucem
 13 odit † Et malū est triplex, videlicet culpa pēnæ, dāni, quibus contraria

contraria sunt tria bona, honestum, delectabile, & vtile, nam cul- pæ opponitur honestum, pēnæ opponitur delectabile, damno op- ponitur vtile, & ita tria cōmittendo mala, tria bona omittit, a- maritudo conscientiæ cogit hominem à peccato recedere. Iere. cap. ij. arguet te malitia tua, & auersio tua increpat te, hinc est, quod malum, & amarum est delinquere dominū Deum tuum, quem considerando homo videt, malum naturaliter proficit, nā sicut homo naturaliter appetit habere bonum, ita naturaliter de- beret abhorrire malum, & ab eo auſſigere, animaduertēdo quę sibi in pugna euēnire possunt, & quem principaliter offendit, ex- xuere fratrem aduersarium & se ipsum anima, eam vt creatoris fakturā contemnere, est inspecčādum, cum diuinæ dignitatis ex- cellentia non curetur, quæ tanta est, quod mens de Deo cogitā deficit, cum sit incomprēhensibilis sensus cum non percipit, cū sit inuisibilis, lingua ipsum non explicat, cūni sit ineffabilis, loc⁹ eum non capit, cum sit incircumscriptibilis, scriptura eum non explicat, cum sit inestimabilis, tempus eum non mensurat, cum sit immensibilis, virtus eum non attingit, cum sit inaccesibili- lis, desideria & vota transgreditur, cum sit insuperabilis, vel incomparabilis, verum creatura ad Deum comparata, defectū ha- bet, quia finiti ad infinitum nulla est proportio, pater quia diuina excellentia nullius eget, quia sibi sufficit, quoniam optimus est, non indiget corpore vt sit, nec loco vt alicui sit, nec tem- pore vt aliquādo sit, nec causa vt aliunde sit, nec forma vt materia sit, nec subiecto in quo subsistat, vel cui assistat, adsunt & alia quæ soli diuine maiestati conueniunt, & nulli alteri creaturi, in quibus exzellētia sue diguitatis appetit, sicut est esse omnipotē- tem, omnibonum, omni scientem, quia cognoscit omnia, presen- tia, futura, & præterita, & omnia singularia simul actus solus co- gnoscit, ea quæ subsunt libero arbitrio, & cogitationes hominū solus eognoscit, per se ipsum, Item ad ipsum solum pertinet, vbi quæ præsentem esse, de nihilo creare, in instanti operari, in ope- ratione quietum esse, mirabilia facere ex auctoritate, de qualibet creatura facere, quod vult, voluntatem hominis cognoscere in iētu oculi mortuos suscitare, effētiq; hominis illi ibi peccata di- mitttere, gratiam infundere in igne perpetuo corpus seruare, si hæc omnia ab hominibus non considerantur, non est tamen ab ipsis considerandum, quod non ipsi nos, sed nos Deus fecit, & quod.

quod potentia creaturar̄ ab eo habita sit maiot in ipso Deo, &
 ita de omni quacunque scientia & virtute † Et quod Deus,
 solus gaudet superlatiuo hinc est, quod dicitur potentissimus,
 sapientissimus iustissimus, optimus, pulcherrimus, Aug. in lib.
 de trinit. Saltem aliqua cogitatio in Deum mouere debet, sed
 illi qui se ad loca inculta conferunt, non videntur Deum cognoscere, nihil habet homo, quod à Deo non percepit, & tamen
 tanta ingratitudine capit, quid peius excogitari, potest, quam
 creaturam non cognoscere non honorare cretorem, & ei non
 reddere gratias, non parere mandatis suis, in quo dimittitur co-
 gnitio dignitatis corporis, quod est miro quidem ordine con-
 structum, cum tot misterijs ministeriis, & subministrationibus,
 q̄ vere opus Dei detegitur esse, in quo omittitur cognitio digni-
 tatis animæ, quæ a Deo de cælo dimissa, & in corpus tuum insu-
 la est, & tam ei grata, quod eam ut amasiam cupit, † Quid enim
 est corpus sine anima, certe nihil est, nam anima dat esse corpo-
 ri, quia anima inclusa in isto carcere terreno corporis humani,
 habet vires mouendi corpus ipsum de loco ad locum ascenden-
 di descendendi, & ad aliud quoque faciendi, quia homini data
 est libera voluntas, sed neutrum in loco illo inculto electo tur-
 pi conspiratione curant homines, vnde anima propter hoc pec-
 catum separatur à Deo, & in Infernum deiicitur. infernaliū
 efficitur esca ignominiosa, nullus enim gradus excusationis ad-
 mittitur, non fama quia maior honorabilis, & utilis est fama,
 quam acquirit homo, in obseruatione diuinorum præceptorū,
 quam ea quæ ex turpi questu acquiritur, non excusat intuitu
 honoris, quia maior honor, & solus honor Deo debetur, non
 excusat quod agat ad repulsandam iniuriam, nam qui actor
 est, quasi quod non ignorat victoriam habere, quæ aliquando
 est dubia finita pugna, vel æqualis, non est victoria certa sub Iu-
 dice, de peccato in peccatum adducitur, nō excusat quia ver-
 borum Dei est immemor, qui ait remitte mihi vindictā, quod
 Ego retribuam tibi, Deus non deficit, sed gratificat, Deus ut
 creator creaturam suam saluam fore cupit Ideo Deus odit pecca-
 ta, & bona opera diligit.

- 1 Doctrina est vitæ anima.
- 2 Consilium præsummitur semper bonum.
- 3 Par in parem non habet imperium.
- 4 Remissio in delictis fieri potest.

De Incapacitate Militis Secularis.

Caput. 6.




- ILES Secularis libenti animo audiuit, quæ à Milite Sacro edocta sunt, † Doctrina est utilis respectu corporis, & aliorum bonorum, est benefica quo ad animam, & deniq; ex omni parte laudanda venit, Card. in Clem. i. §. porro de Summ. Tri. Nam doctrina est vitæ anima dist. xxxvi. p totum c. quæ nobilior i. q. viij. non displicet, nec displicere potest, sed libet, & magis libere decet, & debet, cum ab ipso Deo summen dum sit exemplum, qui offensus varijs inmunditijs, turpibusq; iniquitatibus, facilius pænitentibus parcit, & gratiam donat,
- 2 † Consilium est honestum, & bonum, & capescendum quia semper tale præsummitur Bal. in l. i. C. de seru. fug. Sed difficultas stat in hoc, quod unus quisque habilis est ad consulendum, sed ad exequendum consilium, hoc opus hic labor est, vitam quietam semper duxit, & nemini molestiam intulit, † Et nihilominus inuenit unus in conditione parem, & par in parem non habet imperium l. ille a quo. §. tempestuum ff. ad trebell. qui non contentus verbis iniuriasse, percussit, domum violauit, ac multa alias contumelias fecit, vnde ex hoc & ex ipsis omnibus iniurijs censetur, & reputatur ab omnibus infamis, vnde si cupit huius modi iniurias repulsare armis, rem iniustam ordine militari nō desiderat, cum ius militare admittatur a lege, ab vsu, & a consuetudine, & si non licet in duello armis exercere, cum sit omni iure prohibitum, & quatenus admitteretur requiruntur multæ expensis, ad quas vires facultatis suæ non sufficiunt, cogitauit ex pedire pro minori impensa, & pro facilitori modo deuenire ad loca.

loca inculta ne ab opinione vulgi damnerur, & in hoc etiam dā natur, quid agendum, debet ne cūm tanta iectura honoris, & famae sufferre tot iniurias, tot Contumelias, quasi quod efficiatur ridiculum plebis, qui sapiens, quis fortis, prudens resistere valebit, † Verū in delictis remissio fieri potest Guid. Pap. decis. 4. 202. sed vt ibi, vnde ergo sunt angustiæ, de lapide ac ferro nō est constructus homo, sed ex congerie sanguinis ossis, & carnis, est fabricatus, † Multum iracundus pronus ex natura ad malum Specul. de pet. sent. Card. in proæ. clem. §. quoniam v. q. i. c. firmissima & si multa animalia sunt creata absque ira, quia sunt sine felle, fedes iræ est fel, homo ergo est creatus deterioris conditionis, cum sit cum felle, & bili qui vt humor melachonicus patit insaniam, qua de causa continue motus iræ, & animi excitatur ad vindictam, & si pugnare non licet, quiescere non potest, nutrit iram in malis cogitationibus, & vitam in malis operibus ducit, considerando verba Dei quæ ad diligendum inimicos, & hoc non sufficit, verum etiam ad beneficiendum odientibus dictat, adeo quod cogitur diligere illum a quo suscepit iniuriam, & à quo non ignoratur odio prosequi, cum maximo Mysterio hęc verba fuerū edocta sed mens humana est incapax nam si efficeretur capax, tanta admiratione tantoque dolore nō afficeretur, vnde in hoc anfractu tandem immersus his cogitationibus, videndo eius vitam inter ignem & aquam, inter syllā & caribdim, eam quasi desperatus cum morte commutat.

S U M M A R I V M.

- 1 *Odium est in voluntate ad vindictam humilitas ad remissionem.*
- 2 *Divinitas non patitur nisi ex displicantia peccatorum.*
- 3 *Orationes dirigunt mentem & cor ad Deum.*
- 4 *Eleemosina prodest quia ex tinguit peccatum.
Et pro anima Defunctorum.*
- 5 *Eleemosina quomodo, & quibus facienda.*
- 6 *Seruus tenetur obedire Domino.*
- 7 *Humble nos esse oportet.*
- 8 *Vindicta malis fructus parit, humilitas bonos.*

**Responsio
Mil. Sac.
lib. iiij. cap.
vij.**

*De modo diligendi inimicos.**Caput. 7.*

D M O D V M dolore affligitur Mil. secul. quia *Cōtra arg.* ignorat inuenire modū, vt eius animus acquiescat diuino p̄cepto proposito quia videtur valde amarum ei diligere inimicū, & odienti benefacere, hoc n. facilius fieri pōt, difficile ei vī, quia facilitatem non curat, & tamē modus hoc faciēdi efficitur facilis, quia regula iuris est, nihil difficile volenti, & quod positiū est in voluntate, regulatur secundum voluntatem † Odium est in voluntate ad vindictam, humilitas ad remissionem, potest vti eo quod sibi magis placet, ergo humilitas est magis amplectenda, quia in ea est virtus, & meritum, glo. in clem. j. de relig. dom. & si maior inest difficultas, ibi & maius prēmium conceditur, & ut melius agere possit, disponat animum ad considerandas contumelias, iniurias illatas Domino Iesu Christo redemptori nostro, quā longe maiores sunt, q̄ passas per quemcunque alium, & si fortasse diceretur, q̄ erat hō, 2 sed coniunctus cum diuinitate, veritas est † Tamen diuinitas non pōt pati, nisi ex displicantia peccatorum, passus fuit vt uestrus homo, & iniuria efficitur maior, & fortior in habente dignitatem, quā in nō habente, non ex hoc vt caro sanguis & ossa nō sint equalia in hominibus, sed illū pati videre, qui Dñs est, qui alijs imperat, & Imperare potest, hoc est maximū exempli, eo enim cum dixerit, post communionē discipulorum suorum Cras videbitis me crucifixum inter duos latrones, & ita acerbissimam mortem passus pro humana redēptione, & si Christus fuit obediens, ad mortem, mortem autem crucis, si veſatur in istis cogitationib⁹ si exēpla eius cōsiderarent, verba prolatā vera vt sunt iudicarētur, & magis illis quā vulgi opinioni ad herere profiteretur nā qui est de gremio Ecclesiæ, incubit, ad ea edoc̄ta ſeruare, vnde si fateret q̄ decet, & factis & verbis, recte & rite agere, p̄ vt est ieūnare, cū p̄ illud caro maceret † Orationes dicere q̄ dirrigū mēte & cor ad Deū de pen. dist. i. c. scindi re cotda q̄ nihil aliud cupit, dū hoc exercet de verbo ocioso nō tenebitur

- 4 nebitur, nec in peruersa voluntate tempus cōtererur, † Eleemosynam facere, quæ indigenti, & esurienti prodest, & peccatum extinguit, xiiij.q.iij.& pro anima defunctorum iuuat de pen. dif. j.Bar.in l.i.C.de Sac.Sanc.Eccles.Card.in clem.j.s. ideo de reliq. & vener.San.† Quæ tamen nō debet fieri de bonis alienis cap. ex trāmissa de decim.Abb.in cap.olim de cens.Vbi dicit Eleemosynam fieri non posse de extortis iniuste, immo si facta ab existenti in peccato mortali, non prodest.ad salutem, i.q.i. cap. non est sed ad mitigandum Deum, & ibi Archid. & fieri omnibus potentibus conuenit etiam excommunicato nisi iustitiam negligat, & hoc si omnibus fieri potest, alias debet fieri potius fideli, quam infideli, & potius captiuis, quam alijs, coniunctis quam extraneis, senibus, quam iuuenibus, infirmis, quam senis nobili, quam ignobili, Itē de iuste quæsitis sine pōpa.Card. plene in clé.i.s.Ideoquē de reliq. & vene.San. nec meritici vt conscientiat in coitu Card.ibi nec mendicatis validis pro vt est etiam templum ædificare , vt ex inde artifices victum querat, hæc enim omnia sunt valde bona , sed præceptum illud diligere, & odientibus bene facere, quid prodest dilectio inimico, cū aliter esse non possit , quam simulata, & quod bonum dari potest odientibus, † Animaduerte quod si Dominus secularis ejicit de domo seruum inobedientem, ita nos de regno Dei eiicimur, ex inobedientia, seruus tenetur'obedire Domino, ipse dixit diligite, nostrum est diligere , dilectio nihil dar, nihil auffert , eam danti , cum sit quoddam intrinsecum, benefacere odientibus qui te odit, non tibi nocet, quod illi dabitur, aut in verbis aut in re cōsistet si benefecerit in verbis, nihil minus dare poterit, quam verba si in re nō eo quod indiget, sed id quod supereft, dabit, vnde præceptū facilius est ad dicendum,& exequendum , quod videri potest , quia Christus dilexit inimicos quando dixit pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt, ex hac obseruatione mādati maximos fructus percipiet, parebit voluntati paterne , imitabitur exempla Dei, & se credentem fidelem , & humilem ostendet , † Nam humiliari nos oportet sub potenti manu Dei, vt nos liberet in tempore tribulationis. cap. nulli iij.q.j.Nā si quis diceret, consulo ut agat vindictam, Christus autem dicat dilige inimicos, cui magis est adhibenda fides, si quis esset tantæ temeritatis, ut auderet dicere, quod iura secu li semper

li semper ita fuerunt, & quod quo ad animam sit Christo praestanda fides, sed quo ad seculum statut suadenti vindictam, ò ingorantia crassa, ò consilium cōsultori pessimum, adherre creature, & spernere creatorē, qui fecit seculum, qui fecit hominē, qui fecit omnia ei subiecta, non ne fuit Deus, & si ipse regit, nō ne potest etiā omnia ad sui libitū subuertere, † Sed cogita quos fructus parere potest vindicta, odia tribulationes, angustias, extiliū, exturfiones, & denique mortem , & in Inferno fēdem permanentem in continuo excruciatu, ex humilitate cordis in precepto proposito dulcissimos, & suauissimos fructus percipiet, pacem, vitam tranquillam, quod nihil carius nihil iucundius es se potest, & denique regni Cælorum possessionem, videat quid magis expedit, an exaltatio cælestis, an dānatō infernalī, qui hanc cuperet, nō esset homo rationalis , sed sibi ipsi Fera Tigris igitur aquiescat pro minori labore , & pro maiorī beneficio deductis, per incumbentem officium suadendi salutem aeternam, vt per fidelem damnatio evitetur .

S U M M A R I V M.

- 1 Deus si summeret vindictam de omnibus iniurijs receptis à nobis omnia elementa confunderentur.
- 2 Veritas est mater Iustitiae ei omnia cedunt quia vincit omnia. Ideo colenda.
- 3 Veritatē negans subiicitur multis pēnis.

Iniuria quibus modis fieri potest,
Caput. 8.

I Fortasse animus Mil. secul. non efficēretur prudens per allegata, quod tamen acquiescere debet, ex omni honestate, æquitate, & iure pri illis ante omnia consideratis, & optime perennis, animaduertat ea, quæ inferius aperientur iubibus, rationibus, exemplis, conquerebatur, q̄ persona honorabilis nō potest pati iniuria fēdari, Ideo iniurias de quibus in secundo lib. vendicandas esse † Si Deus igitur de omnibus

omnibus iniurijs a nobis receptis arguat cum vindicta capit. si quis præbyterorum de reb. Eccl. non alien. non est am bigendum , quod de nihilo confecti , in nihilum redditu ri sumus , & ita subuerteretur totus mundus confunderentur elementa omnia . & in chaos reflecterentur , omnes igitur iniuriæ tam adductæ , quam quæ adduci possent oriuntur altero de tribus modis, aut re , ut Verbis, aut literis , & de istis tractabitur modo sensibili , & perceptibili † Sed ad hoc vt veritati locus esse possit, quæ est mater iustitiae, Bal. in l.libertini. ff. de sta.hom. & quia vincit omnia, dist. viij. cap. con suetudo in gl. in vers. iniuriam in fi. & Host. in cap. in audi entia de sent. excommu. & ei omnia cedunt, Fed. de Seni conf. 263. hinc est quod veritas est amanda, & colenda, Bal. in tract. schisma. i.col.l. cum ira. ff. de condit. & demost. quam qui nega 3 uerit ei non prodest, sed nocet. † Cum negans pænis multiplici bus subijciatur, Specul. de depos. §. ix. vers. Item not. el. i. qui igitur à veritate deniare non vult, passionibus se exuat, nam tunc veritas habebit liberum ingressum, & firmissimum in corde Impressum.

S U M M A R I V M .

1 Pax est vinculum charitatis.

2 Pacis privilegia sunt centum & decem octo.

3 Blasphemans statē statuto quod quis relaxetur propter pacem habi tam ab offenso si habet remissionem a presbitero parochiali est rela xandus.

4 Confessionis ordo.

Et quare prius imponatur pænitentia quam absolutio.

5 Iniuriosa verba & mentitam qui reuocat restituit honorem aduersario.

De

M N E S Iniuriæ si recte perpedatur, ad pacem , & ad cōcordiā reduci possunt, † Pax est vinculum charitatis, Fely. in ca. i. de treug. & pac. Ideo cupienda, & amplectenda, nā Christ⁹ dixit populo benū ad nūtiādo pax vobis, & cū ascēderit in celū dixit pācē meā do vobis, pacē meā relinquo vobis, pax igit est donū datū desup, ergo nō cōtēndū † Pax habet cētū, & decē octō priui legia, vt habet in tract. priuilegiorū pacis p D. Ant. Cotset. pax est veluti plectrū bene cōcordatū, q̄ suauissimā armoniā reddit, homo autē rixosus est, vt instrumentū dissonās, Ideo pace consecta omnia ei' organa cōcordātur, ad quā deuenire pōteſt, quādō iniuria fuerit cū mētitā, vel cū verbis iniuriosis, & cū mētitā sit duplex aut specialis, aut generalis; ad quā nemo tenet, mētentia specialis quæ est iniuriæ repulsa, ad pacē reducīs, quisquis dixerit verba iniuriosa, aut mētitam dederit, quotiescūq; retiocabit verba illa, vel mētitā, iniuriat⁹ est restitut⁹ in honore suo⁹ quod assumi potest exēplū peccatores Blasphemates. Deū offendunt, quia faciūt iniuriā ip̄i Deo, nā secūdū Ambros. est proprie Blasphemia quādō Deo attribuitur, q̄ nō habet, vel quādō auffert, quod habet, vel quando attribuitur creature, quod appropriatur Deo, & est peccatum mortale, quia repugnat charitati diuine, sed si staret statutum de relaxando carcerato propter pacem 3 habitam ab offenso, † An Blasphemans Deum propter pacem à presbitero Parochiali, habeat relaxationem, & dicēdū q̄ sic 4 Bar. in Cōf. minister fratrū clxvij † Cōfessionis ordo est, vt prius cōfites dicat peccata, secūdū vt penitētia imponat, tertio vt fiat absolutio, alias nō valet facta ordine puerso, gl. in clē. dudū s. statuim⁹ de sepul. vbi Card. ponit formā absolutionis, & in siq; po nit quare pri⁹ imponat pænitētia, q̄ absolutio , † Ita igit secūdū q̄ remittūt peccata p pænitētia, simili mō reuocādō, verbā iniuriosa, vel mētitā p hāc pænitētia absolutiōne iniuriæ recipit, & honor eius qui fuerat offensus, remanet in integrum restitutus, quo ad iniuriam factā literis, per carmen, per librum, vel quoquā modo, per reuocationē cōsequitur remissionē, D. August. T cum

cum cognouisset se in crimen hæresis incidisse , scriptit librum retractationum, propter quem reçepit remissionem , & liberationem, pro vt vniusquisque hæreticus facit, qui reuocando opinionem verbalem, vel scriptam, iterum recipitur in gremiu. Ecclæsiæ, nec insistendum quod verba fuerunt iniuriosa, vel in contumeliam prolatæ, vel ex causa præstita, vel ex accidenti, vel calore iracundiaæ, satis enim est q[uod] per reuocationem quæ est penitentia excessus verborum, iniuriatus recipit restitutionem honoris, & tantæ uis est reimissio accedente pacto reuocationis, q[uod] non potest postea reuocari, l. sed si vnu. §. fi. l. pactum. ff. de pac. vnde quæ dicta sunt in multiloquio iniuste, sub breui verborum compedio iuste clauduntur.

S V M M A R I U M.

- 1 Inuria potest fieri in re altero de tribus modis in persona, in honore in rebus.
- 2 Inuriandi causa quæ non sunt.
- 3 Animus distinguit maleficium.
- 4 Causa cessante cessat effectus.
- 5 Intellectus ad quod finaliter tendit illud dicitur finis.
- 6 Pactum contra qui agit ciuiliter agere tenetur.
- 7 Inuria non debet assummi in actu qui non fit ad iniuriam.
- 8 Prudentia sua quis inniti non debet.
- 9 Furari propter famæ dicitur fur, unde necessitas in totum nō excusat

De iniuria facta re. Caput. IO.

 NIVRIA quæ sit in re † Potest fieri altero de tribus modis, aut in persona, aut in honore, aut in rebus, sunt enim aliæ res quæ nō sunt per iniuriam † Nec animo inuriandi, sed lucri causa, vt est in usufructuario incidente nemus, vel in vastatore vinearum, vel in conductori possessionis, vel similibus, vnde in istis casibus nō est recurrentum ad arma, quia licet damnum receperit, ciuiliter tenetur agere, nam animus damnum recipientis non consideratur, quia satis est q[uod] illud refaciatur sed consideratur animus damnum

In Verbo Benefacite his &c. 291

damnum dantis, qui fuit nō vt Domino inferatur iniuria, sed vt ipse lucrum conseq[ue]t[ur] † Animus distinguit maleficia l. verū ff. de furt. vnde si mādauerit animalia ad pascuandū, hoc. n. cōmittit, vt animalia alentur, hec est causa finalis, dicitur autē causa finalis, illa ad cuius finē aliquis actus fit † Quia cessante, cessat effectus illius actus, l. adigere. §. quāuis. ff. de iur. patr. l. cum te C. de pac. inter. temp. & vend. † Illud dicitur esse finis ad intellectus finaliter tendit, Bar. in leg. ambitiosa. ff. de decr. ab ord. faciend. datum igitur dampnum per animalia nō fit ad iniuriā; sed cōmittitur vt animalia alimentum recipient, & ita pari modo † Qui præter naturam pacti agit, nā tunc contra illum ciuiliter agere tenetur, quia alias sibi ipsi ius dicere, & facere videtur, q[uod] nō licet. l. i. & ibi Bal. & Saly. C. ne quis in su. ca. lqd. † Non dabit quis, assumere iniuriam in actu, qui non fit ad iniuriam, sed duntaxat ad lucrum, & ad commodum, vnde si quis alias vellet vires suas exercere ultra terminum iuris, esset expōnere se & sua in discrimine † q[uod] nemo prudens faceret, nā quis inniti prudentie sue non debet, Spec. de deleg. §. excipi potest vers. ite q[uod] nimis, cū criminis proditor nemo esse debeat, Spec. de denunt. §. ij. hoc. n. approbari pōt, quando. quæstio est de dāno dato, sed quid in furto cū statuta disponētia in vno, nō procedat in alio, quia in dāno datur iuramentū, in retū ammotio ex quo est furtū, poterit iurari de iure cōmuni, Ias. in l. si quando C. vnd. vi. furem odio prosequi respectu peccati decet, sed indecens est appellare eū inimicū ob iniuriā, quæ talis esse nō potest † Nā qui propter necessitatē famis, aut nuditatis auulsit statuā à monumento, vel aliquid suratus fuerit, cap. si quis de furt. negari nō pōt q[uod] nō sit fur verū necessitas vt dicit ibi gl. non in totū excusat à furto, nisi de modico, secus de magno & licet fur nocturnus possit impune occidi l. furē. ff. ad l. Cornel. de sicc. intelligitur ibi quādo alias fieri nō pōt, vel si se telo defendat, tñ si quis intendit habere rixā cum fure fatuus existimaretur, quia cū fur sit infamis, turpe esset dicere, q[uod] ob iniuriā ab eo receptā effectus sit inimicus, nisi vt supra respectu peccati; & tanto magis quia nec dānum, nec furtū, nec ammotio termini, nec euulso statuā à monumento nō fuit, neq; alia fuerū quæ versantur in rebus facta ob inferendā iniuriā, sed solū ad necessitatē vel laetū, vel cōmodū vel auaritiā. Ideo cui incubuit agat ad interessē

cū iliter absq; inimicitia postquam esset pudor non minus eos habere vt inimicos quam vt amicos. igitur quisq; animaduertat ne calor animi acceleret ad suscipiendum id cuius eum penitebit ne dum curat honorem, in infamiam incidat.

S V M M A R I V M.

- 1 Iniuriam recipiens ob alapam an illa remitti potest.
- 2 Iustitia commutativa vel distributiva quomodo dicatur.
- 3 Iniuria quomodo adaptari possit ad pacem.

De iniuria facta in personam. Caput. II.

PO ST Q V A M Dictum fuit de rebus in praesenti capitulo videndum est de personis, & cum iniuria committi possit in persona multis modis, dicitur qd hisdem modis ad pacem reducitur † [Et si quis receperiset alapā, qd talis iniuria non possit dici, nec purgari nisi armis, per l. Item apud labeonem. §. vt prætor. ff. de iniur. sive vulgares aliqui existimant, quæ ratio proculdubio vera non est, falsum enim est, adeo atrocem esse talē iniuriā, vt nullis contraijs verbis retundi possit; ante omnia iniuriatus animaduertat, qd remittendo iniuriam lucratur honorem, cum remissio sit opera virtutis, & mansuetudinis, nam vindicta non cupitur ob offendam receptam, sed duntaxat quia fuit despectus, verba possunt esse satisfactoria facti, quia illa posse sunt facto probari † Et quamuis iustitia commutativa requiratur, vt paritas adsit, quæ hic secundum opinionem vulgarem esse non potest, in hoc casu vt partes reducantur ad pacem, iustitia commutativa nō est cōsideranda, sed aspernēda, & amplectēda est iustitia distributiva, Arist. in v. Eth. & dicit distributiva, quia distribuit secundū cōditionē personarū, ita qd iniuriatus deperditū honorē acquirat & iniuriator suū nō amittat, in commutatiua equalitas seruabit, qd agit de dāda pēna, in distributiua de auffē redā ea, sed quæ verba possunt esse apta, cū ex facto ius oriat, l. si ex plagijs. §. in clivo. ff. ad l. Aq. vidēdū est, an iniuria sit p ignoratiā, aut p imprudētiā, aut p irā, aut p volūtate, aut inter pares, aut inter dispares, aut in equalitate, aut in equalitate † verba igit qd possunt adaptari ad pacem, quoquo mōrie sc̄af iniuria sūt, qd iniuriator fateat iniustitiā facti, laudādo, & approbādo aduersariū, & scdm facti cōtingētiā, alter dat mod⁹ ad pacem, qd differētiā ali- cui

cui Duci in armis experto remittatur, cui tāquā perito statut l. semel C. de reb. mil. lib. xij. cap. significauit iij. de homicid. & hoc quotidie praticatur, & ad hoc vt animus iniuriati mittitur, cum iam excitetur ad vindictam, ostendere ei maximam pénitentiam, & displicentiam iniuriatoris, & quod cupit gratiam iniuriati, & quod eum obseruat, & cum exempla faciant rē manifestam, l. prætor §. Julianus. ff. de coll. bonorum Christum percussum inspiciat, a quo percipiet verba veritatis, & sensum humanæ perfectionis rectum.

S V M M A R I V M.

- 1 Rixa inter duos equis vel armis facta, optari potest.
- 2 Pax vti vtilis & honesta ab omnibus est cupienda.
- 3 Tempori occurrere melius est quam post causam remedium querere.
- 4 Dolor nullus est quin longinquitas temporis minuat, atque moliat.

De Iniuria pro vulneribus, vel homicidio.

Caput. 12.




A T E R I A M propositam continuando si vnuus alium vulnerauerit, † Dum in rixa pares suffissent, cum vulneratus non defuerit indemnitatū suā, & cum aduersario non doleat, hoc est attribuēdū culpæ aduersæ fortunæ, cui cum non fuerit prestanta causa, dum ipse magnam virtutem in pugna demonstrauerit, laude dignus erit, non tam ex ista causa, verum etiam ex homicidio secuto, tib hæc formā honorifice pax sequi debet, & si alias homicidium secutum fuisset, vr puta ex proposito, ex insidijs, per assassinium, vel proditorie, tunc deliquens cōfitendo iniustitiā suā videtur reprobare gestum à se, veluti actum nefandum, vnde melius est vitam cum morte commutatiisse cū honore, quam in pudore viuere, & gloriari, hominem inimicū occidisse, si autem homicidium oriretur ex dolo, pariter illud confiteudo sateretur turpitudinem suam, adeo qd ex parte offenditorū pax cōfici potest, sed si homicidū oriret necessitate, casu, vel culpa, qd alias ex alia causa homicidia oriū nō possunt, preter

allegatas, multò fortius pax sequi debet, nam si fuit homicidiū pro necessitate, naturalis ratio permittit cōtra periculum se de sendere, nec offensores egre ferre deberent, cum passus homicidium ita sustinuerit, idem si casu, quia homicidium fuit præter opinionem, si autem commissum fuerit culpa, ex quo nō habebat animū occidēdi, sed inaduertēter interfecit † Vnde iu istis etiā casibus pax honorifice cōfici pót, quæ vtilis, honesta, & sancta, & religiosa ab omnibus sub hac dictione Reipub. Christianæ est cupiēda, & eligenda, vt omniū virtutū perfectissimū vas, à qua nascuntur boni mōres, laudes, honores, & gloria, & cū inquit Cicero, exempla magis moueāt q̄ verba, summi ea possumt q̄ Reges, & Imperatores post multas occisiones, & strages, quæ bello accidūt, & quæ aliquādo tangūt proprios filios & affines & nihilominus inter eos conficitur pax, sed valde hoc cogitandum arbitror, q̄ nulla inimicitia quantuncunq; scuissima extitit, q̄ inter rixantes non peperit pacem, aut q̄ vna pars & sāpe ambe partes destruuntur, & in nihilū rediguntur † Melius est ergo tēpori occurrere, q̄ post causam vulneratā remediū quāre, Specul. de act. in col. iiiij. in fi. ver. quid si minor tex. in l. fi. & ibi Bal. in iij. not. C. in quibus caus. in integr. rest. nō est necess. nā omnia tēpus habet, † Nullus dolor est, quin lōginquitas tēporis minuat, atq; molliat, ad id igitur agendū q̄ pro tēpore necessitas verget, propria virtute accedere ratio suadere deberet quia imitabitur Magnos Reges, & Imperatores, quorū natura magis prona fuit parcere, quam vindicare, qui parcit veram ani mi nobilitatem ostendit, cui tantum confert pax, quantum in omnibus vindicta nocet.

S U M M A R I V M.

- 1 Ratio est attributa homini.
- 2 Matrimonium est, causa panae euitandæ in raptis.
- 3 Maritus potest expellere vxorem propter adulterium absq; declaracione & sententia potest etiam petere separationem Tors.
- 4 Actus non debet operari ultra opinionem agentium.
- 5 Experiencia docet.
- 6 Gaudia extrema, Luclius occupat.
- 7 Virgo siuprato, & dotata esti restituta ad honorem.

De iniuria facta in honore. Cap. 13.

- N I V R I A raptus, stupri adulterij, ac vnius cu iusque damnati coiti, remitti potest, & licet primo aspectu sint hec horribilia, & monstruosa † Tamen ratio quæ à Deo attributa est homini, tanta vis est, quod ardentes animos estinquit, omitto quod grauissima poena pro huius modi delictis imponatur † Si virgo fuerit rapta per matrimonium, quod inde sequi potest de iure canonico, per tex. in cap. fi. de raptor, secus de iure ciuili in l. i. C. de rap. virg. & si propter hoc euitat pānas à lege impositas, matrimonio secuto restituta est in honore, & ita si fuerit stuprata absque dubio: ex recepto honore potest absque aliqua detractione famæ deueniri ad pacem, sed quid in adulterio fortasse dicetur, quod si se ad pacem adduceretur videref approbare cornua, hoc. n. effet fatuum dicere, quia imprimis intentio Adulteri. non fuit causa iniuriæ di, sed libidinis † Maritus qui absque sententia aut declaracione, potest propria auctoritate vxorem expellere, quæ est communis opinio vt dicit Barbatia in Apostil. ad Abb. in cap. fi. nu. 6. de adult. agi potest ad separationem thori, nec non ad dotis & donationis propter nuptias priuationem, ut attestatur de cōmuni Bermond. de concub. fol. 3 5. post nu. 3 2. & licet de iure tantum sit, quos Deus coniunxit, homo non separat, nihilominus ex causa adulterij conceditur ipsius matrimonij separatio, tex. in cap. ex literis de diuort. prima igitur causa iniuriæ fuit mulier, & cum iam de ea sumpserit vindictam cum pudore, eā expellendo, & agruādo in ammissione dotis † Si ad actum pacis peruenire noluerit, saltem corde poterit, cum iniuria non sit proprie iniuria, quando ad iniuriam actus non fit, nā actus non operatur, vltra intētionē agētis, l. nō omnis. ff. si cert. per. & dicceretur q̄ hoc procedit ex parte iniuriæ inferentis, secus recipieatis, respondetur q̄ iura diuina & pōtificia imponunt & iniūgunt iniuriatis, vt remittant ac reponēt rancorem, & vltionē priuata nā vt ipse Deus Leuit. xix. ait nō quāras vltionē nec memor eris iniuriæ ciuiū tuorum, Ecclesiasticus iij. Clamat omnis iniuriæ

proximi ne memineris, & hoc idem in cap. si quis contristatus & in cap. placuit xc. dist. q. tāto magis ratio ad concordiam cor suum adducere potest † Cum experientia doceat q. adultere in longa egritudine vel necessitate moriuntur, quia peccatum vetus p̄nitentia noua Paris de Puteo de re. milit. fol. 4. col. ij. Ho stien. in summa de offic. archiep. §. quae pertinent col. ij. † Et ita extrema gaudia luctus occupat. Paul. de Calt. in rub. ff. de alez lud. & aleat. non ignoratur quod iniuriam paſſus, cum ad eā de quibus supra peruerterit, eius animus in aliqua parte remanebit contentus, sed tota difficultas stat in hoc, quod ab eo adulterum non obtinebit, quam tamen obtinere deberet, cum fortasse ex negligentia, & parua cura, & ob malum regimen quo in vxorem maritus fuerit vſus, qui huiusmodi qualitates considerando, debet saltem rancorem dimittere, quem habet erga adulterum captum non animo iniuriandi, sed carnis concupiscentia, ita fragilis ad peccandum, quod aliqua indulgentia digna efficitur † Si autem stuprata esset inequalis conditionis, & quod non valeret ducere in vxorem aliquo calu, eam nubendo cum dote condecenti censetur in integrum restituta, adeo q. quemadmodum inimicitia fuerat propter deperditum honorem, ita ob eum restitutum, pax est habenda.

S V M M A R I V M.

- 1 Iniurias qui non remittit nec remittetur ei
- 2 Iniuriam prosequi quando licet.
- 3 Apace recedere non licet.
- 4 Homo qui non habet charitatem nihil habet.

De doctrina pacis amplectenda. Caput. 14.

VI † Iniurias non remittit, nec ei remittetur, inq̄t Matth. in cap. vi. si autem non dimiseritis homini bus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. † Et licet non teneantur homines remittere satisfactionem, aut in iudicio prosecutionem iniuria, cap. si quis contristatus & cap. placuit xc. dist. verum licet perse qui inimicos, & punire iniquos, peruerterosq; Dei, ac eius cultus aduersarios, cap. si illic. xxij. q. iiiij. sed his no obſtatis adiungit, non conceditur

conceditur alicui ut recedat à pace, nam vt B. Aug. ad Bonifaciū pro vt habetur in cap. nol. §. non. n. xxxij. q. i. ait. nō. n. pax. quē ritur vt bellum exerceatur, sed bellum geritur vt pax acquiratur, nā vindicta priuata ex omni iure damnatur. Ideo miles inobediens potestati, sub qua legitime cōstitutus reus est penā, si Deus iussit remittere vindictā, & obtulit eā remittēti retribue re, cur verbis Domini peruersū hominū genus nō aquieuit vulgari opinioni credit, & uolūtati Dei resistit, si inimicus accedat ad inimicum, diceretq; oro, rogo, supplico vt mihi parcas, quia me penitet tibi iniuria fecisse, & insignum penitētiē me subiectio voluntati tuę liberæ, ut de me agas, iuxta libitum tuum, motus verbis, & sumissione illi proculdubio parceres atq; ita verba inimici tui esſent maioris auctoritatis, & potentie, quam verba & præcepta Dei tui, qui tibi dona infinita continue præbet, & qui imperat diligere inimicos, & odientibus benefacere. Ideo prævia consimili sumissione in dubium refricandū non erit an ei qui post peractam pacem offenderit sit facienda remissio, quia omnino ad eam conficiendam tenetur nā sumissio exonerat animi irā, disponit ad diluendā iniuriā, qui tam nefandū scelus commiserit in infamiam incidit, eo maxime q. nihil turpius, nihil scelestius est, quā à fide deuiare: quæ est iustitiae fundatū, q. si fatebitur, turpitudinem suam manifestabit, contra eū inobliuerantē omnia iura seuſſime clamant, honore exoneratus, & dedecore oneratus remanebit, hæc n. mōuet animū secularē, spiritū aut ad amplectendā pacē plura possunt, & præfertim verba Domini q. quotiescunq; peccator ingemuerit, peccata sua, ei remittētur, ea pari modo remittēti se iniuriati, miserationi misereri laudat, & si alia foueret causā dānaret ab omnibus, veluti iniusta & iniqua, cū scriptū sit diuerte à mōlo, & fac bonū, inquire pacē & persequere eā, nā qui nō facit proximo suo malū, & opprobriū nō accepit aduersus proximos suos, hic habebit in tabernaculo Domini, & cū pax malta sit diligētibus legē Domini, igitur Vnusquisq; curare debet pacē, quæ multa bona inducit, discordias. n. remouet, & tranquillā quietē inducit, statū personarū ac ciuitatū augmentat, honestatē affert, diuitias præparat, Dei ac Regū gratiā tribuit, superbiā vniuersiūsq; excludit, auaritiā cuiusq; repellit honorē honoratīs adiungit, non dū honoratis præparat Deo seruendum animum cuiusque incitat,

cit, fructū affectat, expostulatū vel affectatū facit acquirere seu nancisci, c.i. ext. de treug. & pac. l.ij. §. quātuncunq; & §. omnia igitur. C. de vet. iur. enucl. inst. de excus. tut. §. inimicitias si pax est vox Domini, si pax fit in virtute Dñi, si pax & iustitia oscula tæ sunt, vnā faciendo ambas acquirit, vnū agere & duo lucrari maximū est veſtigal. qui hanc non desiderat, sibi ipſi non est be neficus, sed cōtra propria cōmoda agit, in rixa vitā degētes semper cogitant, semper dubitant, semper timent, census ante annum consumit, & dum casus se offert pugnandi, serui cōsumptores in quibus spes eorum inest, terga vertunt, si Domini rixantes clamant, quo tenditis, respondet, q̄ procedunt ad capeſcenda arma haſtata, & ita bona contumuntur vna cum vita, vnde non sunt auxiliatores, sed deſtructores, nam eorū oculi ſunt affixi mulieribns domus, si tibi ſit honesta coniunx, procurant omni via indirecta vt meretricetur, si ſibi aliqua nubilis, ſit filia, curant omni studio eam abducere, ad capiendum curuatas manus teneat die nocteque student, vnde ſi pugna eft de honore perdunt honorem, ſi de bonis bona cōſumunt, ſi ex iniuria per ſone vitam ammittunt, malum principium, peſfidus finis, ſed quid horribilius eft, anima in profundum abyſſi deiecitur in fle tu & stridore ſine ſpe ueniae heu? miferi mortales animaduerti te, quo tendit iniquitas, malitia, vana superbia veftra, nolite ine briari ira & furore à quibus fructus acceſbi, ita naſcuntur queſi filiorū veftrorū dētes perpetuo obſtupescat, ſed quid moleſtius vobis eſt pōt proprijs oculis videre deteriorationes, & ſtrages earum rerū omnium, quæ ſub dominio veftro florebant in gratiam Dei, & hominum, hæc eft ignorantia crassa, vera superbia filia, honeſte vitere poſſe, & felicitatem in miferia mutare hoc eft inſanæ mentis, hæc eft tenebroſiſſima cæcitas, Deus creauit homines inermes, ſed ſenſibus & intellectu, armatos, Dēmoni eos onerat armis, & iniquitatibus, & magis ei quam Deo adhibent fidem, & quam commiſeranda eft horum conditio, qui cōſumpta tota ſubtantia, apud Principes viētum querunt, & crebro inueniunt, ſe proprio bono exiunt, vt alienum futurum lucentur, efficiuntur immemores diuinæ vocis docentis, & ſue ſanctissima Eccleſia exclamantis pacem, dilectionem, vt attestātur ſcribentes, non eft Deus deffensionis, ſed pacis in quaçunq; domum intraueritis p̄iūm dicite pax huic domui, Redimite in

in pace animam meam, in terra pax hominibus, &c. hæc aiunt circa dilectionem qui diligit proximum legem impleuit, nemini quidquam debeat, niſi vt inuicem diligatis, ſi exurierit inimicus tuus, ciba illum dilectio ſine simulatione & fraternalitatis charitatem inuicem diligentes, ex his enim proueniūt iusta & valde honesta nam ex concordia nascuntur bona, ex pace meliora, ex dilectione optima, in contrarium vero ex inimicitia mala, ex iniuria peiora, ex vindicta poffima, & tamen videt pro ſicua, & in omni genere nocua ſequuntur ò voluntas ſine lege ò opinio ſine ratione, ò cor inhumanum Immerſum in iniquitatibus, & turpitudinibus inuolutum, in rabie, & veneno nutritum, poſtquā ira immemores Dei veftri benefactoris eftis, qui poterat vindictam ſummere contra flagellantes contra ſpuentes in eius faciem contra percutientes, contra flagellantes preſiosif ſimum corpus ſuum, contra coronantem eum spinis, contra affigentes eum clavis in cruce, contra vulneratorem aperientem lancea pectus, vt viderent homines immenſum amorem eius, vt ipſi quoque ſaltem amorem erga proximum imitarentur & nihilominus continue student ſe te ferro igne veneno, quo modo inuicem offendere ac quotidie audent verbo non corde dicere orationem dominicalem, in qua rogam Deum dimittere illis debita ſua, ſicut & ipſi dimittunt debitoribus ſuis oratio eft conformis cordi, nam ſi non amant inimicos parcer non videntur, & ſi eis non dimittitur, eorum oratio efficitur vană cum & ipſis non dimittetur petitio eft recte, & rita, ſcillet iusta, & ordinata, gl. in l.ij. ff. de inoffi. testam. quia in vera iustitia & æquitate conſiſtit, dicendo Domine dimittit nobis debita noſtra ſicut et nos dimittimus debitoribus noſtris, quaſi aquiescat quod no dimittido, ipſis non dimittatur, illa enim dictio ſicut, denotat preciſam naturam, cap. qualiter de Iud. & recipit congruam determinationem, vt dicit Bal. in l.ii. col. fi. Cod. de cont. emp. que talis eft, vt ſi non dimittant, non dimittatur ergo non dimittendo, oratione ne dū imperfetta, ſed vanā redditur, cum ſit ſola vocalis, non autem cordialis, vnde in ſacra ſcriptura legitur ſi cōt non orat, in vanum lingua laborat oratio eft potius ex confuetudine, quam ex devotione, & ita. Deum non curant, leges contemnunt, animam negligunt, corpus ut facturam Dei despiciunt cum ſaþe hanc vitam degen- tes Ec-

Apoſt. ad
cor. cap.

10. 14.

Luc. ca. 10

Pſal. 54.

Luc. 2.

Apoſt. ad

Ro. 13. 12
10.

tes Ecclesiastica sepultura careant, cum magno dedecore, & infamia prolis, igitur, o homo te ipsum cognosce, mandata creatoris serua, & noli esse ingratus, sed fidelis, ideo caue vindictam, cogita te morituum, quod sine omni gratia Dei eris, ex aduerso cogita, quod ex ore patris tui, beati sunt pacifici, quoniam ipsorum est regnum celorum, o infelix o miser homo, memor esto, quod qui non remittit iniuriam & non omittit vindictam, & pacem non amat, non habet, charitatem, qua si caret, nihil habet, & si nihil habet, caret etiam honore.

Cap. 15.

*Dulcisime Domine Iesu Christe ad gloriam,
Ego honorem tuum ac Beatisima Matris tuae
Mariae semper Virginis has meas luscubratio-
nes ad te accedere cupio, qui potes eas alijs in-
fundere, quia omnino me tibi in illis omnibus
ac Sancta Romana Ecclesia subijcio, et me
humilime comendo.*

F. I. N. I. S.

*Verona Apud Sebastianum à Donnis.**M. D. LXXXVIII.*